

Vnitates , quatuor.

agendo, & eos illuminando, & primi hoc modo sibi vniunt secudos, & sic deinceps: ita, quod vnitas secundum huinsmodi actum, reducetur in unitatem secundum principiu. Sic & vnitatis fm perfectiones ad hanc vnitatem reducitur. Nā quia ab uno principio habent oēs suas perfectiones: ideo habent eas modo vnto, & connexo. quia Deus, vt sit vna harmonia, & vna melodia in toto vniuerso: semper fines priorum coniungit principijs secundorum, vt dicitur 7. de diu. nom. Sic etiam vnitatis secundum finem ad vnitatem fm principium pertinet. Nam quia omnia procedunt ab uno: ideo dignum est, q̄ omnia reducantur in vnum. Omnibus itaque Hierarchijs est vnitatis principij cuiuslibet Hierarchie. præter hanc vnitatem, est vnitatis receptionis, quia tota vna Hierarchia dicitur habere eundem modum recipiendi diuinum lumen: cuiuslibet autem ordinis, præter has vnitates, est vnitatis operis, quia quilibet ordo dicitur ordinati ad aliquem vnum actum, siue ad vnum opus, vt dominationes ordinantur ad dirigendum, potestates ad resistendum, & sic de alijs. Omnes autem illuminationes in uno Angelo præter has vnitates habent vnitatem subiecti. Cum ergo quatuor vnitates sint assignatae, subiecti, operis, receptionis, & principij: omnes praefatae quatuor vnitates sunt in illuminationibus eiusdem angeli, quia omnes sunt in eodem subiecto: omnes ordinantur ad aliquod vnum opus, quod commissum est illi angelo. omnes ēt aliquo uno modo recipiunt. Nam si unus modus receptionis est aliquo modo in tota vna Hierarchia: multo magis erit unus talis modus in uno, & eodem Angelo, & hoc modo possunt multiplicari verba pro libito.

RESP. AD ARG. DVB. I.

D primum dicendum, quod & secundū naturam, & secundum gratiam habet connexionem Angelī: ita, quod & si differunt specie, cōueniunt ḡne: & si differunt in genere propinquo, cōueniunt in remoto: & si differunt in uno genere remoto, cōueniunt in alio magis remoto, sic etiam & secundum dona gratuita cōuenientiam habent. Nā licet secundum talia dona magis cōueniant Angelī vnius ordinis, quam diuerlorum: & magis vnius Hierarchie, quam diuersarum: omnes tamen sunt aliquo modo connexi secundum talia dona, cum secundum ea ordinatē se habeant ad vnum finem, & ad vnum principium, quod si ne connexione esse non potest.

Ad secundum dicendum, q̄ aliqui actus sunt, in quibus cōueniunt Angelī, & aliqui, quibus differunt. Nā omnes illuminant, & illuminant. Vnde quantū ad hunc actū cōueniunt omnes ordines: sed quantū ad opera, & quantum ad officia eis commissa, ratione quorum sunt ordines distincti, oportet diuersos ordines differre. Non ergo arguitur, quod nullā habeant cōuenientiam

A secundum actus, & opera: sed quod habent diffrentiam, & cōuenientiam. Vel possumus dicere, quod etiam in uno, & eodem actu aliter, & aliter considerato, omnes Angeli cōueniunt, & differunt: vt si consideratur illuminare, & illuminari secundum generalem rationem, sic omnes cōueniunt, quia omnes illuminant, & illuminantur. Si secundum specialem: omnes differunt, quia non sunt duo Angeli, qui eque clare illuminantur, & qui per omnem modum similiter se habeant ad actum illuminandi.

ARTIC. III.

An Angelus alium purget. Conclusio est affirmativa.

D.Th. 2. sent. d. 9. art. 2. Et in q. disp. de cogn. Ang. q. 9. ar. 3.
Aib. Magn. de Hierarch. q. 7. art. 23. Biel d. 9.
q. 2. Land. d. d. 9. 10. q. 1.



V A R T O queritur de actibus Hierarchicis, qui sunt purgare, illuminare, & perficere. Videtur autem, quod unus Angelus alium rō purget, quia purgatio est ab immunditia purgare. In Angelis autem nō est aliqua immunditia, cum sint specula clara, & nitida.

Præterea: si Angeli indigerent purgatione, potissimum hoc fieret per gratiam, sed solius Dei est infundere gratiam: ergo, &c.

Præterea: Hierarch. diffinitur à Dio. 3. de cœlest. Hierar. quod est imago diuinæ speciositatis, sed quod est tale non indiget purgatione: ergo, &c.

I N C O N T R A R I V M est idem Dio. eodē 3.c. q̄ ordo Hierar. est quosdam quidein purgare, quosdam vero purgati.

Dub. I. Lateralis.

An Angelus alium illuminet. Conclusio est affirmativa.

Aegid. de cogn. Ang. q. 14. D.Th. 1. p. q. 116. art. 1. & 4. Et d. 12. art. 2. Et in q. disp. de Ver. q. 9. ar. 1. Ric. d. 9. q. 4. Sco. d. 9. q. 1. Franc. Mayr. d. 12. q. 1. Th. Arg. d. 9. q. 1. ar. 3. Capt. d. 11. q. 2. ar. 2. Biel d. 9. q. 2. Dur. d. 12. q. 3. Ant. Andr. d. 9. quest. 1.



L T E R I V S autem queritur: Vtrū unus Angelus illuminet alium. Et vtrū, q̄ non. Aug. 83. q. videtur velle: nihil est medium inter Deū, & animam: propter quod ibidē ait, q̄ nec quicquam est melius, quam rationale animal: nisi si Deus. Si ergo nihil est medium inter animā, & Deū: multo magis nihil erit medium inter Angelum, & Deum: non ergo unus Angelus illuminat aliū, quia tunc Angelus illuminans esset medium inter Angelum illuminatum, & Deum.

Aegid. Lupetij. Sen. Pp 3 Pra-

Quæst.

Lumen iii
plex.

Præterea: non est nisi triplex lumen: naturæ, gratiæ, & gloriæ, sed nullum tale lumen potest Angelus infundere in alium. Nam de lumine naturæ certum est, cum illud sit concreatum Angelo, & sit à creante productum: etiam de lumine gratiæ, & gloriæ planum est, cum talia per creationem habeant esse.

Præterea, si Angelus unus illuminaret alium, vel hoc esset naturaliter, vel supernaturaliter, nō naturaliter. Quia etiam Dæmonibus naturalia remanserunt integra, & splendidissima, nec supernaturaliter, quia eorum non est agere supra naturam.

I N C O N T R A R I V M est Dionysius 3. de cœlesti Hierarchia, volēs quod sicut ordo Hierarchia est quosdam quidem purgari, quosdam vero purgare, sic ordo Hierarchia est quosdam quidem illuminari, quosdam vero illuminare.

Dub. II. Lateralis.

An Angelus alium perficiat. Conclusio est affirmativa.

V.de Gabr. Biel. d.9. q.2. & alios Doct. supra citatos.



L T E R I V S autem queritur: Vitum unus Angelus perficiat alium. Et videtur, quod non, quia endelechia, pfectio actus, & forma, idem videntur dicere, sed Angelus non potest naturam corporalem, quæ magis est ei subiecta, perficere, & mouere motu ad formam, ergo multo magis non poterit hoc de natura spirituali, sive de Angelo.

Præterea: illud, quod est plenum formis, non potest ulterius formari, & perfici, quia si posset magis formari, & perfici, non esset plenū formis. Sed, ut dicitur in lib. de causis, omnis intelligentia est plena formis: ergo, &c.

I N C O N T R A R I V M est Dionysius 3. de cœlesti Hierarchia, dicens ordinem Hierarchia esse quosdam quidem perfici, quosdam vetere perficere.

Resolutio Artic. IIII.

Quæst. I.

Luminis
corporis de
tutio va-
de fiat.

A corporalibus, q. à Sole tanquam à fonte luminis derivatur lumen in aliqua corpora splendida, & resurgentia, vixita in Lunam, vel in Stellas, vel etiam in aliqua metallis: à quibus postea derivatur lumen in alia, sic suo modo se habet, & in Angelis: propter quod sicut in his corporalibus non refundunt lumen receptum in alia, nisi corpora munda clara, & terfa. Sic & in spiritualibus suo modo se habet, vt si ab auro, vel argento, vel à calice repercutiis à lumine Solis, fiat splendor, & fulgor in alia corpora: oportet illa purgata, & munda esse: igitur si spirituales substantiae lumen in se receptum debent in alia transfundere: oportet illa esse purgata. Propter quod Dio. 3. de diu.nom. ait, quod oportet purgatores magnæ purgationis, i. munditiae: alijs trahere propriam castitatem, i. munditiam. Non, n. possent eos perfectè illuminare, nisi eos mundarent, & purgarent. Pox omnis autem cum Dio. 7. de Ecclesiastica Hierarchia dicere, quatuor esse genera purgationum: videlicet ab immundis maculis, & a corruptione, quæ potest rei competere per naturam: ab inquinationibus, quod potest rei competere per culpam: à materialibus phantasij, quod competit creaturæ rationali propter cognitionem velatam, & enigmaticam, & obscuram. Quarta purgatio est à diminutione, i. ab imperfectione, quia inferiores non sunt ita perfecti, sicut superiores. In Angelis enim nō est immunditia macularum naturalium, q. possint infirmari, & pati, & sic corrupti. Nec est in eis inquinatio culpa, nec cognitione phantastica, quia omnes clare, & aperte vident, quæ vident.

C sed est in eis aliqua diminutio, quia non sunt omnino perfecti. Ideo ab aliqua imperfectione purgari possunt: hoc est ergo, quod Dio. ait in c. praefatis existimandum esse eas. I. intelligentias non immundis maculis, supple quo ad naturam, quod possint naturales maculas, vel corruptiones suscipere: nec inquinationibus liberatas, quo ad culpam, quod possint culpan contrahere, à qua liberentur: neque vt materialium receptionis phantasiarum, & habeat, cognitione per materiales, & sensibiles phantasias velatam, sed vt à diminutione mundas, q.d. quod non purgantur tribus præfatis modis: videlicet à maculis naturali, nec ab inquinationibus culpa, nec à velamine phantasia, sed mundantur hoc quarto modo à diminutione, i. ab aliqua imperfectione.

D

RESP. AD ARG. ART. III.

Angelus alium purgare dicitur, quantum ad aliquam imperfectionem, ex revelationem: non quantum ad naturæ maculam, nec ipsius culpa, nec velamen phantasia.

R E S P O N D E O dicendum, totū ordinem Hieraticum accipi ex eo, q. à Deo tanquam à Patre lumen derivatur lumen in superiores Angelos, & ab illis in alios Angelos, sicut videmus in his



D primum dicendum, quod Angelii nō purgantur ab immunditia culpa, vel etiam phantasie, sed purgantur ab aliqua imperfectione, sive ab aliqua ne-

scientia, quia non omnia sciunt, sed aliqua reuelantur inferioribus per superiores.

Ad secundum dicendum, q. purgatio à culpa

est per gratiam, quam solus Deus infundit: sed

purgatio ab aliqua diminutione, vel ab aliqua impre-

Lib. de cau-
sis.Angeli quo-
d' h' p' g' tur.

imperfectione, sive ab aliqua nescientia, quia non omnes omnia sciunt, ut communiter ponitur, potest esse per lumen doctrinæ, quod unus Angelus alteri comunicare potest. Dato ergo, quod Angelus possit infundere gratiam, non purgaret unus alium a culpa, quia in nullo Angelo est culpa. Poterit ergo per lumen doctrinæ unus purgare alium a nescientia, quæ in multis in inferis respectu superiorum esse potest.

Ad tertium dicendum, quod qualibet Hierarchia est imago diuinae speciositatis secundum proportionem suam, eique possibilem: & quia huiusmodi proportio non reperitur æqualiter in omnibus, quia aliqui sunt ibi superiores, aliqui inferiores; ideo superiores possunt purgare inferiores, tanquam minus proportionatos ad recipientum in illa plenitudine diuinum lumen.

Resolutio Dub. I.

Angelus alium illuminat Angelum. Idque ex parte Angeli illuminati, iluminantis, nec non ex diuini luminis virtute.

 Did autem, quod quærebatur: Vtrum unus Angelus illuminet alium; Dicendum, quod tripliciter declarare possumus unum Angelum alium illuminare. Primo quidem ex parte ipsius Angelus illuminati. Secundo ex parte ipsius Angelus illuminantis. Tertio ex parte ipsius divini lucinis, per quod illuminatur.

Prima via sic patet: Nam sicut videmus in hac visione sensibili, & corporali, sic tuo modo se habet in visione intellectuali, & spirituali, sicut ergo nihil videmus corporaliter nisi in quadam luce corporali, sic nihil videmus spiritualiter nisi in quadam luce spirituali. Vnde August. 12. de Trinitate, Credendum est, mentis intellectualis naturam ita conseruit esse, ut res intelligibilis naturali ordine, Conditore disponente, sic videat in quadam luce sui generis incorpoream, quemadmodum culus carnis videt, quæ in hac corporali luce circum adiacent. Quidquid ergo intellectualiter cernitur, in quadam luce intellectuali videtur. Ita quod de hac luce intellectuali loqui non, sicut loquitur de ipsa intellectione, sive de ipsa actione intellectus, natura quidem illa, quæ est sua intellectualis actio, et sua intellectua lux. Propter quod Deus sicut essentialiter est sua intellectualis actio, sic essentialiter est sua intellectualis lux. Non igit participativa, sed fontabiliter, & essentialiter Deus dicitur esse lux: cum nihil sit ibi de opposito luce. Ita illud Ioan. Deus lux est, & tenebre in eo non sunt illæ. Omnis autem alia intellectualis substantia infra Deum, sicut potentialiter se habet ad suum actum intelligenti, sicut potentialiter se habet ad suum lumen intelligibile: ut sicut intelligit per actum intelligenti, qui non est sua substantia, sic potest perfici-

A ei per aliquod lumen intellectualis, quod non est sua essentia, & quia participativa se habet ad tale lumen, conueniens est, quod non habeat ipsum in omni plenitudine, ut possit secundum huiusmodi lumen aliquam perfectionem recipere.

Distinguemus ergo dupli em potentialitatē: unam materialē, quæ est causa receptionis immutabilitas: & aliam intellectualē, quæ est causa receptionis intelligibilis. Ab hac autem potentia intellectuali nulla forma abstracta est penitus liberata, nisi sola forma prima, natura scilicet diuina. omnes igitur aliæ spirituales substantiae propter istam potentiam, quam habent intellectualem, quia intellectus in eis non non est omnino terminatus, & perfectus, & quia non habent omnem plenitudinem lucis intellectus. Et ialis, sed eam cum quadam diminutione participant, large accipiendo diminutionem, possunt aliquam purificationem, & illuminationem suscipere. Vnde & Comm̄ator in 3. de anima ait, non esse opinandum, quod prima materia sit causa receptionis simpliciter, sed est causa receptionis transmutabilis, causa autem receptionis simpliciter, & viviuer saliter, ut ait, est ista natura, scilicet potentia intellectualis. Et subdit, qd ex hoc modo est potentiale, ut intelligentia abstracta purificent se ad invenit. Et ait, quod illud, quod est liberatum ab hac natura, videlicet quod nihil possit recipere, est primus intellectus, id est Deus.

Quidquid ergo sit de intelligere Angelorum omnino naturaliter, secundum, ni quod intelligentes in proprio genere, ad quod sufficiunt species concretae. Ceterum est tamen de intelligere ipsorum, prout intelligunt per illuminationes diuinæ, quod sunt in potentia ad tales illuminaciones, ratione cuius potentialitatis de te quandam imperfectionem habent, ratione cuius imperfectionis, & diminutionis, possunt tales illuminationes recipere. Et quia secundum ordinem debitum sunt receptio, id diuinæ illuminaciones pertinuerint ad inferiores Angelos per superiores. Quia lex diuinitatis est, & ordine diuino omnino est hoc diuinus promulgatum, secunda, id est secundas intelligentias participare illuminationes per primas, ut dicit Dio. 8. de cœlesti Hierarchia. Diximus autem, quod large loquimur de diminutione, & imperfectione, quia potest tum diminutio, & imperfectione privativa, cum quis diminuitur, & priuaturo bono sibi debuo per naturam, sic nec Demones sunt priuati, vel diminuti tali bono, qd, ut supra per Dio. diximus, naturalia eis remanserunt integra, & splendida. Alio modo potest accipi talis diminutio, & & imperfectione quasi negativa, quia non habet omnem perfectionem, & omne complementum, qd potest habere quoque modo. Ex parte itaque Angeli illuminati, quia non habet omnem perfectionem, quam potest habere, & quia est in eo potentia ad recipientum diuinæ illuminaciones, quia talia deuenient in inferiores Angelos per superio-

Com. 3. 14

superiores, consequens est, quod superiores possint inferiores illuminate.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte ipsius Angelii illuminantis, quia nunquam agens expellit oppositum, nisi introducendo propotum. Angelus ergo superior purgat inferiorem illuminando ipsum. Ipsa ergo potentialitas, & ipsa imperfectio inferiorum, loquendo de imperfectione large, & etiam modus agendi superiorum, in quo modo communicant cum omnibus agentibus, quod non tollunt priuationem, nisi in suendo aliquid posituum, sufficienter ostendit superiores Angelos illuminare inferiores.

Dicitur folia analogia.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex parte divinitatis luminis videmus enim hunc Solem corporalem per virtutem suam usque ad intimam terram penetrare: ut mineralia, & ea, que generantur in ventre terrae, virtute Solis, & stellarum gerentur: sic, & multo magis ille Sol spiritualis, Deus suo lumine intellectuali, ad omnia intellectualia, sive ad omnes Angelos, & etiam usque ad rationalia, sive usque ad homines pertingit. Et quia hoc sit quoddam ordine, quia lex divinitatis est ultima reducere in suprema per media, consequens est, quod I. prima Hierarchia immediate illuminetur a Deo. secunda illuminetur mediante prima, infima mediante media, nostra autem Hierarchia mediante infima. Vnde Dio. 7. de di. no. an., q. monas, & unitas substantialiter: tres autem personaliter, id est Trinitas, & unus Deus, à supercelestibus ellenijs. i. ab Angelis usque ad nouissima terrae, i. usque ad nos excedit bonitatem suam. Si ergo tanta est efficacia diuinis luminis, & hoc ordine huiusmodi efficacia in actu progeditur, quia infima pertingit per media, sicut omnes Angelii sunt mediis inter Deum, & nos; ideo à Deo illuminamur per Angelos, sic superiores Angelii sunt mediis inter Angelos inferiores, & Deum, ideo lumen diuinum ad inferiores Angelos habet peruenire per superiores.

RESP. AD ARG. DV B. I.

Mediū inter Deū, & creaturā rationālē assūtū.

Voluntas, & intellectus quod dūtū.

Ad primum dicendum, q. licet secundum voluntatem, & secundum gratiam immediate se habeat qualibet creatura rationalis, & intellectualis ad Deum, quia solus Deus infundit gratiam anima; tamen secundum intellectum, & secundum illuminationem Angelii sunt mediis inter nos, & Deum, & superiores Angelii sunt mediis inter Deum, & inferiores: sic, ut semper secundum quendam ordinem deriuatur diuinum lumen in inferiora per media. Non enim habet omnino eundem ordinem voluntas in volendo maxime volititia: & intellectus intelligendo maxime intelligibilia, quia licet in executione ea, quae sunt ad finem, possint precedere finem, in volitione tamē semper finis, & maxime volibile, vel id, quod apprehenditur, ut tale, praecedit id, quod est ad finem: & quod est minus volibile, ut secundum hunc modum semper voluntas habeat immediatum ordinem ad finem: vel ad id, quod si-

Quæst. I.

Ab proponit, ut finem, quia sicut in mouendo voluntatem generaliter, non refert bonum; & apparet bonum: sic in mouendo eam, ut finis, non refert finis, & apparet finis, sed non si est in intellectu, quia aliqui, & vi plurimū, maxime intelligibilia sunt nobis minus nota, quam minus intelligibilia, ut quodam ordine per intellectum tendamus in maxime intelligibile. & sicut per intellectum sic gradatim ascendimus, sic diuina illuminatio fin quoddam gradus in nos descendit, quamvis gratia & charitas, & huiusmodi dona, per quæ voluntas Deo coniungitur, & in Deum tanquam in finem, & in quid volutum tendimus, immedia te sint in nobis a Deo.

Ad secundum dicendum, quod unus Angelus non illuminat alium causando in eo lumen natura, vel gratia, et gloria: sed illuminat ipsum fortificando intellectum eius, quo fortificato, incipit aliqua scire, quæ prius non sciebat.

Ad tertium dicendum, quod Angelus superior ipsum intellectum naturalem interioris Angelii innuat, & confortat, ut possit per huiusmodi intellectum intelligere aliqua etiam supernatura, quæ prius intelligere non poterat, intellectus ergo, qui fortificatur, est naturaliter inditus Angelo, per quem intellectum sic fortificatum, & per consequens illuminatum, potest etiam supernatura cognoscere. Et si dicatur, q. Angelus super hoc faciendo agit supra naturam; Dicimus non esse inconveniens aliquid, ut organum, & in virtute alterius, agere ultra tuā speciem, & quia Angelus superior recipiens illuminationem diuinam, & eam transpondens in Angelum tē habet, ut organum; non est inconveniens ipsum secundum hunc modum agere ultra suam naturam, & illuminare inferiorem de divinis mysteriis, ad quæ secundum suam naturalem cognitionem non possit pertinere.

Agere supra propriā naturā, quod sit possibilis.

Resolutio Dub. II.

Angelus alium perficit Angelum, diuinam scientiam communicando, non novam speciem, aut formam imprimendo, sed intellectum conformando. Erat enim inferioris cognitio a notitia superioris, sicut riuuli a fonte prodeunt.

Adid autem, quod queretur: Utrum unus Angelus perficiat alium; Dicimus cum Dio. 7. de diu. nom. Perfectio est diuinæ scientiæ assumptio, secundum hoc enim unus Angelus perficit alium, in quantum communicat ei diuinam scientiam, & facit scire diuinæ mysteria: ut si oculus corporalis non purgatus deberet aliquid videre, prius operetur, q. purgari. Secundo, q. illuminaretur. Tertio purgatus, & illuminatus videret, & quia visus est perfectio oculi, diceretur oculus purgari, illuminari, & perfici: ita, quod perfectio oculi corporalis consistet in ipsa cognitione visibili. Sic perfectio Angelii illuminati consistit in ipsa

Perfectio quid.

ipsa acceptione diuinæ scientiæ, vel in ipsa cognitione diuinorum mysteriorum. secundum ergo quamlibet notitiam dicitur perfici intellectus. & sicut accipit nouam notitiam, vel nouam scientiam, sic dicitur accipere nouam perfectionem: potissimum tamen dicitur perfici secundum notitiam diuinorum, quia Deus est fons omniū pfectiōnū, & sc̄ientiā, propter qd signanter Dio. perfectionem vocavit assumptionē diuinæ scientiæ, vel notitiam, quam habet Angelus de rebus diuinis. Et licet secundum cognitionem diuinæ essentiæ, vel Trinitatis personarum, & secundū omnem notitiam illam de Deo, sine qua non potest esse beatitudo nostra, vñus Angelus non illuminet alium, tamen secundum cognitionem diuinorum mysteriorum, quia inferior Angelus non videt in Deo omnia mysteria, quæ videt superior, potest vñus alium illuminate, & perficere, vt tota ista perfectio sit in ordine ad Deū, qui est fons lumenis, & perfectionis.

Potest autem huiusmodi perfectio, & huiusmodi notitia quadrupliciter sumi in ordine ad Deum, vt dicatur uno mō perfectio in ordine ad Deum, quia est omnino immediate a Deo. Secundo modo, quia est de rebus diuinis, siue de diuinis mysterijs. Tertio modo quia est in Deo. Quarto modo, quia est sicut in Deo. Secundum primum modum perficiuntur illi de prima Hierarchia, qui immediate perficiuntur a Deo, & qui dicuntur esse in vestibulis Dei, vt vult Dio. 7. de angelica Hierarchia. Alijs autem tribus modis perficiuntur omnes alijs Angelij. Nam licet inferiores Angelii perficiantur, & notitiam accipiunt a superioribus Angelis, tamen illa notitia est de rebus diuinis, & in Deo, & hēc aliquā similitudinē cū notitia ipsius Dei, siue cū notitia, q̄ est in ipso fonte, siue in ipso Deo. Est enim talis notitia de rebus diuinis, quia de diuīnts mysterijs, siue de diuinis legibus, siue diuinis rationibus. Nam ad hoc est principatus in Angelis, secundum quem principatum fortificantur alia, & alia officia, vt exercendo talia officia eis commissa, regnum nostrum, idest Hierarchia nostra humana aggregetur ordinibus Angelorum; propter quod Deus leges, & rationes, & mysteria, secundum quæ vult gubernare hunc mundum, & saluare electos, reuelat superioribus Angelis, qui postea reuelant, & dant de eis notitiam inferioribus, ergo benedictū est, quod talis notitia est perfectio in ordine ad Deum, quia est de rebus diuinis. Secundo est in ordine ad Deum, quia est in ipso Deo. Nam Angelus superior illuminat, & confortat intellectū Angelii inferioris, vt sic illuminatus inferior cognoscat diuinæ mysteria in ipso Deo, qui prius cognoscere ea non poterat, vt in sequenti q̄stione patebit. Tertio talis notitia dicitur perfectio in ordine ad Deum, quia habet quandam similitudinem cum notitia, quæ est in ipso fonte, siue in ipso Deo. Non enim æquatur illi notitia, quia notitia Dei in infinitum excedit notitiam cuiuslibet creaturæ, tamen immittitur eam, quia sicut Deus in seipso videt illa mysteria, & illas le-

Angelii in quibus illuminantur, & illuminantur, & in quibus non.

Angelii inferioresq; perficiantur.

ges, secundum quas dispositus gubernare mundum, & saluare electos, sic & Angeli illuminati, illa mysteria, & illas leges in Deo vident, vel huiusmodi notitia hēc similitudinē cum notitia, q̄ est in fonte, siue in ipso Deo, q̄a sicut ab illa notitia, quæ est in Deo velut a fonte deriuans riuuli, & sunt notitiae in angelis superioribus. Sicut ipsi Angeli superiores habēt quandam notitiam, quasi fontalem, a qua deriuantur notitiarum riuuli, & sunt notitiae in Angelis inferioribus. Ipsi insuper Angelii, quantuncunque inferioris, habent notitiam quasi fontalem, a qua deriuantur riuuli notitiarum, & sunt notitiae in hominibus.

R E S P. A D A R G. D V B. I I.



D primum dicendum, quod vñus Angelus non perficit alium imprimendo ei speciem aliquam, vel formam, sed hoc facit confortando intellectum eius, qui confortatus, & fortificatus, incipit aliqua videre in Deo, quæ prius non videbat.

Angelorum perfectio.

Ad secundum dicendum, quod quilibet Angelus est plenus formis, & speciebus, quantum ad ea, quæ cognoscit naturaliter, vt nunquam recipiat nouam speciem, tamen quantum ad diuina mysteria, & quantum ad aliqua futura continentia, quæ certam cognitionem habent in solo Deo, potest vñus alium illuminate, & perficere. Non imprimendo sibi nouum lumen, vel nouam speciem, sed fortificando intellectum eius, vt incipiat illa videte in Deo, quæ prius videre non poterat.

A R T I C. V.

*An illuminatio fiat per veritatis propositionem.
Conclusio est affirmativa.*

Aegidius Quol. 6. q. 16.



V INT O queritur de modo, & qualitate istorum actuum. Queritur enim cuiusmodi, & qualis sit ista illuminatio. Et videtur, quod sit per impressionem, & per actionem immutantem, non nouum lumen inducentem, sed inducentem augmentantem. Sic enim videmus in corporalibus: quia carbo minus ignitus, fortificatur ad presentiam carbonis magis igniti, quæ fortificatio per immutationem fit, non per mutationem, quæ de non calido faciat calidum: & quæ inducat nouam caloris formam, sed quæ de calido facit magis calidum, & quæ formam caloris inducit, & augmetat. Immutatur enim nō solum frigidum a calido, sed minus calidum a magis

a magis calido. Sic ergo a simili, & multo magis intellectus Angeli superioris, tanquam magis illuminatus, & accensus, ad sui præsentiam immutationem faciet in intellectu Angeli inferioris, per quam immutationem dicetur confortare, & fortificare intellectu eius, & dicetur ex hoc augmentare lumen ipsius.

Præterea, quod est huius in corporibus, hoc est ordo in spiritibus: sed corpora sic situata possunt se ad inuicem confortare, & se inuicem immutare, ut patet in carbonik us ignitus. ergo & in ipsis Angelis cum sint ad inuicem ordinatae hoc idem fieri.

Præterea videt, q̄ hoc fiat per luminis emissionē per exemplum, quod videmus in corporibus, quia Sol hoc modo nos illuminat, emittendo suos radios, & multiplicando suum lumen usque ad nos, ergo a simili unus Angelus illuminabit alium, suum lumen præsens faciendo usq; ad intellectum alterius Angeli, sicut Sol facit lumen suum præsens usque ad nos.

Præterea potest Angelus suam essentiam facere præsentem in magno spatio, quia potest operari in valde magno spatio, & ubique operatur ibi est: non quod extendatur extensione illius spatiij, sed sicut anima rationalis est tota in toto corpore, quod infirmat, & tota in qualibet parte; sic Angelus est totus in toto spacio, in quo operatur, & totus in qualibet parte: ergo si Angelus potest suam essentiam facere sic præsentem aliqui magno spatio potest facere præsens suum inueni, poterit ergo facere præsentiam sui lumen usque ad intellectum alterius Angeli, & hoc modo illuminare ipsum.

Præterea illuminare est agere, sed quod non tangit, non agit. Si ergo unus Angelus non attinet aliū per suū lumen, non illuminabit ipsum.

I N C O N T R A R I V M est, quia substantia spiritualis ubi operatur, ibi est, ut vult Dam. 1.lib.c.16. Si ergo sic Angelus illuminaret aliū agendo in ipsum, siue hoc esset, quia ipsum confortaret, siue quia ipsum lumen præsens faceret: esset ille Angelus in alio Angelo, & illaberetur ei, quod est inconveniens.

Dub. I. Lateralis.

*An illuminatio sit idem, quod purgatio,
Conclusio est negativa.*

Alb.magn. de statu Ang. q. 6. artic. 7. Gabriel Biel d. 9. q. 2.

L T E R I V S autem queritur: Vtrū huiusmodi illuminatio sit idem, quod purgatio. Et videt, q̄ sic, quia hoc est illuminare alium Angelum, facere ipsum aliqua intelligere; sed intellectus magis purus, eo ipso, q̄ magis

A purus est, plura intelligit. Idem est ergo purgare, & illuminate.

Præterea, quæ vni, & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem: sed purgatio, & illuminatio vni, & eidem sunt eadem, quia sunt idem, quod divina scientiæ assumptionis, ut vult Diony. 2. de cel. Hierarchia, ergo &c.

I N C O N T R A R I V M est Dionysius de cel. Hierarchia, qui distinguit purgare ab illuminate.

Dub. II. Lateralis.

*An illuminare, & perficere sint idem.
Conclusio est negativa.*

Gabriel Biel. d. 9. q. 2.&c.

L T E R I V S queritur: Vtrum sit idem illuminare, quod perficere. Et videtur, q̄ sic, quia idem Dionysius eodem 7.c. non solum purgationem, & perfectionem, sed et ipsam illuminationem dicit esse divinæ scientiæ assumptionem, omnia ergo ista tria sunt vnum, & idem.

Præterea idem est illuminare, quod manifestare: & idem est manifestare, quod notum facere, sed in hoc perficitur Angelus, quia ei notificatur, & manifestatur aliquid: & quia secundū hoc illuminatur ergo, &c.

C

Dub. III. Lateralis.

*An actus Hierarchici diuersum ordinem habeant
dinem habeant
Conclusio est affirmativa.*

Gabriel Biel d. 9. q. 2. A b. q. .art. 7.

L T E R I V S queritur, secundum quæ ordinem se habeant ista tria. Et vñ, q̄ prius Angelus purgetur, quam illuminetur, quia nunquam materia induitur forma proposita, nisi prius expoliatur opposita. Cum ergo purgatio sit expoliatio a nescientia, & sit expoliatio ab opposito, illuminatio sit acceptio luminis, & sit quasi accipere formā propositam, purgatio erit prior illuminatione.

I N C O N T R A R I V M est, q̄a sicut Angelus inferior hoc patit, sic superior hoc agit, & econuerso: sed superior non purgat nisi quia illuminat, propter quod prius intelligitur illuminare, quam purgare, ergo &c.

Præterea videtur, q̄ perficere sit prius, quam illuminare. Nam perfectio est acceptio scientiæ: & hoc vñ esse in nobis informatio intellectus per speciem: illuminatio autem est acceptio luminis, vel

vel confortatio secundum lumen, & hoc videt in nobis esse vno intellectus possibilis ad intellectum agentem, sed intellectus possibilis prius videtur recipere speciem, quam lumen intellectus agentis, quia illud recepit recipiendo speciem, ergo &c.

I N C O N T R A R I V M est, quia cum lumen intellectuale sit quasi medium deueniens in cognitionem, & in notitiam intellectualem, prius erit illuminatio, quam huiusmodi notitia, ergo &c.

Dub. IIII. Lateralis.

An prima, media, & ultima dentur illuminationes.

Conclusio est affirmativa.

VITERIVS queritur: Vtrum in illuminatione Angelorum sit dare illuminationes primas, medias, & ultimas. Et videtur, q̄ non, quia intelligens aliqua primo, aliqua secundo, aliqua tertio, intelligit cū discursu. Angeli non intelligunt cum discursu, ergo &c.

Præterea Angeli exercentes sua officia secundū huiusmodi Hierarchias, efficiuntur deiformes, sed in Deo non est dare tales gradus, ergo &c.

Præterea omne, quod recipitur in aliquo recipitur secundum modum rei recipientis, sed natura Angeli, vel eius intellectus non se habet, vt primus, & secundus, & tertius. Nam cum sit una natura Angeli, & intellectus eius sit aliquid sequēs naturā, oportet, q̄ se habeat vno mō, non ergo sicut in eo illuminationes primae, mediae, & ultimae.

I N C O N T R A R I V M est Dio. 10. de cœlesti Hierarchia dices, q̄ fm se vnuquisq; & cœlestis, i. angelicus, & humanus animus ultimas habet, & primas, & medias ordinationes, secundum vnamquaq; Hierarchiarū illuminationū. vbiq; Cōmēt. vult, q̄ singuli sp̄s angelici in seip̄s virtualiter discreti sunt cōtinentes virtutes, id est illuminationes primas, medias, & ultimas.

Resolutio Art. V.

Angelus alium illuminat Angelum, non per directam actionem, aut excitationem; sed per veritatis propositionem. Alius n. alium illuminare suo modo dicitur, sicut inter homines aliis alii docet. Id vero maxima cum differentia dictum esse censemus.

ESPO N D E O dicendum, ad q̄onem primā, q̄ de modo illuminationis Angelorum loquitur Dio. vlti. de angelica Hierarchia ostēdēs, q̄ hoc modo superiores Angeli docent inferiores, quia superiores habent dentes, per quos diuidunt species, & conceptus. Intelligunt, n. superiores Angeli p̄ vniuersaliores sp̄s, & hñt vniuersaliores conceptus, in q̄bus ife-

Aristo. 2. de anima. 67.
3. de sit. 12.
T.c. 4. & 3.
cpli. T.c. 67.

*Commen.
vt Chartu
bianus, Fici
nas, D. Th.
& alij.

Angeli su-
periores de-
tati.

A riotes non sufficiunt ad intelligendū, sed ipsi superiores diuidūt illos conceptus. i. particulatim proponendo eos inferioribus, vt possint illos capere, sicut nutrix masticat cibum, vt possit, de illo puer comedere: sic subtile, & industres, siue sint homines respectu hominum, siue Angelii respectu Angelorum masticant proponēdo alijs, quia diuisim, & particulatim proponunt ea, que ipsi succincte, & compendiose, & sub paucis cōceptibus capiunt. vt ergo sit ad vnum dicete, nihil est aliud vnum Angelum illuminate, & docere alium, quam manifestare sibi veritatem. Nomen enim luminis, siue in corporalibus, siue in spiritualibus à manifestatione impositum est sic, & nomen doctrinæ a manifestatione impositum est. Hoc est enim alium docere, sibi veritatem manifestare: & hoc est veritatem manifestare, eam ne scienti hoc modo proponere, q̄ poslit cā capere.

D. Tho. t.p.
q. 104. art. 1.

Dixerunt enim quidam, & magni, quòd cum ad intelligendum concurrent duo, potentia intellectiva, & similitudo rei intellectæ; vnu Angelus illuminat alium dupliciter. Primo potentiam intellectuam confortando, quia vt aiunt, hoc est ordo in spiritibus, qđ est sius ī corporibus. propter q̄ fm eos sicut carbones igniti ad inuicem situati, vnu confortat alium, & potissimum magis ignitus, minus ignitus: sic quia Angelii sunt ad inuicē ordinati, & huiusmodi ordine se inuicem confortant: ita, q̄ superior tanquam magis ignitus, & illuminatus confortat inferiorem.

Secundo vnu Angelus docet alium similitudines rerū, & conceptus suos sibi proponēdo eo modo, quo alter potest, vel possit capere. Sed huiusmodi dictum propter tria, intellectum nostrū non quietat.

Primo quia videtur velle, q̄ Angelus superior aliquid agat in intellectum inferioris, & q̄a substantia spiritualis vbi operatur ibi est, eslet Angelus superior in intellectu Angelii inferioris, & per consequens illaberetur eius essentiae.

Dubia in dī
ctis D. Tho.
me.

Secundo huiusmodi dictum nostrum intellectum non quietat, quia vult Angelum superiorē suos conceptus inferiori proponere, eo mō, quo possit capere, & confortare eius intellectū: sed, vt patet, non ideo aliter superior intellectū inferioris confortat, nisi & veritatē ei proponendo.

Tertio huiusmodi dictum nostrum intellectum non quietat, quia vult, q̄ Angelus superior prius confortet intellectū inferioris, q̄ ei veritatē p̄ponat, qđ se hēt econuerso, quia primo p̄ponit, q̄ confortet; concedimus tñ, q̄ taliter p̄t accipi huiusmodi confortatio, q̄ vnu Angelus confortet intellectū alterius: & taliter, q̄ nō concedere et possumus similitudinē de carbonibus ignitis. Nā taliter p̄t accipi illa similitudo, q̄ vnu Angelus confortaret aliū: & taliter, q̄ hoc hēt locū in hoībus, & non in Angelis, & taliter, q̄ nec in his, nec illis locum haberet, talia. n. exēpla, q̄a nō sunt oīno similia, immo multū dissimilia, negari, & concedi p̄nt. Vnde & nos de q̄ talibus exēplis ī diversis locis diuersimode locui sumus, vt aliquā ea negauerimus, aliquā concesserimus. In eisdē etiam

Carbonum
ignitorum
similitudo.

* vide 6.
quol. q. 16.
& protol. 1.
sent. q. 10.

etiam, ut puta in Angelis, vbi negamus nō valere ratione magnæ dissimilitudinis, possemus concedere valere rōne alicuius exilis similitudinis.

Sed circa hoc insistere ad modicum valet, propter qđ ad declarationem veritatis quæsitæ dicimus, qđ nullam actionē naturaliter habent Angeli directè i res corporales exteriōres, n̄ s̄ fm mōtū ad sitū. Nā & in ip̄s corporibus nō aliter naturaliter agunt. Angeli vero sunt ip̄s formæ, & nihil agitur in eis n̄lī, qđ pertinet ad formā & pfectiōnē, ppter qđ ad hoc, qđ angeli possint in An̄los, qui sunt qđā formæ, aliqđ directè operati, se non extendit Angelorū posse. Nec valet, si quis diceret, qđ Angeli superiores non inducunt directe in inferiores nouā pfectionē, vel nouū lumē, sed inducū confortant, quia cū huiusmodi confortatio fm̄ eos sit aliter, qđ virtutē proponendo, immo fm̄ ipsos prius est talis confortatio, qđ veritatis propositio, oportet, qđ hoc sit per aliquā actionē, quā p̄t̄ter veritatis propositionē h̄nt superiores in inferiores, qđ esse non posset, nisi illaberent eis. Est ergo vnuus modus dicendi, qđ superiores illuminant inferiores per directam actionem, qui modus, vt patuit, stare non potest.

Alius dicendi modus est per excitationē. Imagināt aut̄ isti, qđ lumē Angeli possit esse p̄ns, vbi non est substantia Angeli, non, qđ illud lumē extēda, nec, qđ protendat, sed qđ circunfundatur, vel vt magis proprie loquamur, qđ p̄sens efficiatur: vt sicut essentia Angeli mō, quo arguendo terigimus, potest esse p̄ns vni magno spacio, licet non extēdatur extensione spaciij, sic lumen Angeli p̄t̄ esse p̄ns vni magno spacio, licet nō extēdatur extensione spaciij, immo fm̄ istos, Angelus p̄ maius spatiū p̄t̄ facere p̄ns suū lumē, quā suā essentiā, accipientes simile in rebus corporalibus, qđ Sol facit p̄ns suū lumen, vbi non est p̄sens sua substantia: differenter tñ erit hoc, & illud, qđ sicut substantia: solis exhibet suā p̄ntiam dimensiue, qđ extendit extensione quātitatis, & est pars in parte, & tota in toto, sic lumē corporale, qđ radicatur in illa substantia, & qđ circūfundit ei, multiplicatur multiplicatione spaciij, vt non sit idē lumen in hac patte spaciij, & in illa. Sed Angelus illud idē suū lumē indiuisibile p̄t̄ facere p̄ns vni magno spacio, ita, qđ erit vñā, & idē indiuisibile totū in toto spacio, & totū in qualibet parte, sicut & ipsa essentia Angeli tota esse potest in aliquo magno spacio. Dicunt ergo, qđ si essentia Angeli illuminantis attingeret intellectū, & p̄ consequēs essentiā Angeli illuminati, vna essentia ellēt intra aliā, quia simpliciter tangens simplex tangit fm̄ se totū. Ad hoc effugiedum, ne vnuus Angelus illabatut alij, ponunt, qđ essentia Angeli illuminantis non se faciat p̄ntē vñq; ad Angelū, sed solū faciat lumen suum p̄ns, & quasi radios illius lumen p̄ntē vñq; ad Angelum illuminatū, a quo lumine illuminatus Angelus excitatus de suo potētiali format ī seipso similitudinē aliquā, per quā intelligit, veritatem, quā vult eū docere superior Angelus, ita, qđ non per directā actionem, sed per quandam excitationem secundum istos, mo-

A do, quo dictum est, vnuus Angelus illuminat alium.

Sed huiusmodi lumen, qđ ponunt sic se facere p̄ns, vel est substantia, vel accidentis, vel nihil. vt enim dicit Alpharabius in de ortu scientiarū, sc̄ias nihil esse nisi substantiā, & accidentis, & creatorē substantiæ, & accidentis benedictum in secula; Si ergo est substantia, & attingit tale lumen, siue talis substantia Angelum illuminatum, quia simplex attingens simplex attingit secundū totū, conlequens erit, qđ aliqua substantia creata poterit illabi substantiæ angelicæ, qđ est inconueniens. Si autem est accidentis, nullum accidentis p̄t̄ esse p̄sens alicubi, vbi non est p̄sens subiectum proprium. Nec valeret, si quis diceret, vt ipsi dicunt, qđ isti radij spirituales, siue istud lumen angelicum, est minus depēdens, quam lumen solare: & tamen lumen solare potest esse p̄ns, vbi non est p̄sens substantia solis, quia lumen illud solare, qđ est p̄sens vbi nō est p̄ns substantia Solis, nō est in substantia Solis sicut in subiecto, sed est in aere, vel in alio corpore. sed lumen iutelestiali angelico non poterimus dare aliud subiectum, quam substatiā propriam ipsius Angelii. Propter quod tale lumen esse p̄sens, vbi nō est p̄sens substantia Angelii, est inconueniens dicere. Nec oportet hanc potentiam, quam quidam visi sunt ponere, magis improbat, sufficit enim ostendisse, quod non sit conueniens nostro proposito.

His itaque prælibatis, dicamus, qđ vnuus Angelus non illuminat alium per directam actionem, vt videbatur dicere positio prima: nec per excitationē eo modo, quo ponit h̄c positio secunda, sed per veritatis propositionē, sicut in alijs n̄ris qōnibus diffusius diximus, suo enim modo vnuus Angelus illuminat aliū, sicut & vnuus homo docet aliū. licet enim sit valde differēs istud, sicut: eo tñ modo, quo exequimur, est valde proprium tale sicut. Nā sc̄ite non est credere Magistro, sed est cognoscere in illa eadem cā effectū aliquē, quē Magister cognoscit: hoc tñ nō oblate, qđ nesciat Discipulus, nisi cognoscat effectū in cā, sicut Magister: longe tñ difficilius est habere sciētiā, per inuentionem, vel inuenire causā, qđ h̄re sciētiā per doctrinā, & doceri de cā, quia his sciētiā per inuentionē, habet intellectū dispersum, & non fixū, cogitans nunc de hoc, nūc de illo; sed habens sciētiā p̄ doctrinā, habet intellectū unitum, & ex hoc fortē, & confortatū. Magister ergo volens docere, eo modo, quo potest capere Discipulus, proponit sibi effectū, & cām: & quia secundū hāc propositionē, intellectus Discipuli nō spargitur, sed determinatē, & vnitē considerat de hoc effectu, & de hac causa, propter quod videt, & cognoscit illum effectum in sua causa. Sic & in proposito Angelus superior videt aliquod mysterium, & aliquem effectum in Deo, quē non videt inferior, sicut videt Magister aliquem effectū in sua causa, quem nō videt Discipulus, propter quod Angelus superior proponit illum esse etum Angelo inferiore, eo mō, quo ip̄s potest capere

Angelorū illuminatio per excitationem

Opinio Doctoris.

Angelorū illuminatio per veritatis propositionē.

Angelorū illuminatio quomodo fiat.

Capere, tunc Angelus inferior, quia semper ut causam, in qua relucet talis effectus, & semper videt Deum, ideo determinatè considerans de ipso effectu sic sibi proposito, incipit videre in Deo ilij effectum, quem prius non videbat, & hoc modo illuminari, & reduci in Deum per superiorē Angelum. Nec unus Angelus unquam docebit alium Angelum rationes, & leges gubernationis mundi, vel mysteria, secundum quae disposuit salvare electos, vel quoslibet alios futuros effectus, qui non habent certitudinem, nisi in solo Deo; nisi illos effectus, vel illa sibi proposita videat in Deo. Angeli enim inferiores neiciunt ea, sed solum credent de eis superioribus Angelis. Sic enim ponendo, possumus ponere, quod unus Angelus doceat alium, eius intellectum, & eius lumen intellectuale confortando, sed non eo modo, quo innuebat positio prima: & possumus dicere, quod unus Angelus docet alium, intellectum suum excitando, sed non eo modo, quo ponebat positio secunda: & possumus dicere, quod cum duo concurrant ad notitiā rei, intellectus, siue potentia intellectiva, & similitudo rei cognitae, quod utroque modo Angelus superior potest docere inferiorem, intellectum eius, confortando, & conceptus suos, per quos representantur res inferiorti Angelo eo modo, quo potest capere proponendo. Sed hoc non est eo ordine, & eo modo, quo alii ponunt, quod prius confortet: nec per alias actionem confortat, quam proponat, ut ipsi innuunt, sed proponendo confortat, secundum hunc, n. ponendi modū, unus Angelus docet alium eius intellectum confortando, nam cum superior determinatè proponat inferiori talem effectum, cum virtus unita fortior sit seipsa dispersa, quia determinatè inferior considerat de illo effectu, ideo uniti fertur in Deum sicut considerationem illius effectus. & ideo sic unitus, & per consequens confortatus, ut diximus, incipit illum effectum videre in Deo, quem prius non videbat, hoc etiam modo unus Angelus docet alium, ipsum excitando, quia proposito sibi aliquo effectu determinatè excitat ipsum, ut uniti, & toto conatu feratur in Deum, sicut considerationem illius effectus, quod faciendo incipit in ipso Deo videre effectum illum. Hoc etiam ponendo utroque modo unus Angelus docet, & illuminat alium, & intellectum eius confortando, & veritatem ei proponendo: non quod ista duo sint ibi tanquam duo actus, ut alii vidi sunt posse: sed modo, quo diximus, quia ista propositio determinati effectus, & determinata veritatis, facit, ut intellectus Angelii totus unitatur in se, & quod uniti de veritate illa, & de effectu sibi proposito consideret in Deo tanquam in causa, ex qua unita consideratione confortatus, & vigoratus, incipit, ut diximus, in Deo cognoscere effectum illum. Ex hoc autem quamvis valde ex exili similitudine possemus concedere exemplum illud de carbō ignito, quia sicut carbo ignitus ad presentiam alterius carbonis potest in aliquem actum, in quem non posset sine substantia eius: sic Angelus inferior, sicut ordinem, quem habet ad super-

A riotem: ut quia proponit sibi aliquem determinatum effectum, & aliquam determinatam veritatem, secundum quam determinationem unitur intellectus eius, & per consequens confortatur, & vigoratur, ut possit in hunc actum, qui est videtur illum effectum in Deo, ad quem actum iuvatur modo, quo diximus, per ordinem, quem habet ad superiorē Angelum.

B Secundum hanc est positionem, nullam actionem damus Angelo superiori respectu inferioris, cui recta ratio in aliquo contradicit, quia non plus damus superiori Angelo, nisi quod loquitur inferiori, & proponit sibi veritatem aliquam, vel effectum aliquem, & ex hoc excitat ipsum, vel confortat eum, ut consideret de illo effectu in Deo, in quo tanquam in causa huius scientia de illo effectu, ut ex hoc concordemus cum Dio. quod hec sit illuminatio, divinæ scientiæ assumptionis, vel acceptio, ut ex hoc inferior illuminetur à superiori, quia per eum accipit scientiam de mysterijs Dei, & de operibus Dei in ipso Deo, & est ex hoc divina scientia dicatur esse in eo, nam scientia, quæ est de his, quæ sunt Dei, & in ipso Deo, divina merito dici potest. Loquitur, n. Angelus inferior superiori, sicut & Discipulus loquitur Magistro, sed ex hoc non docet eum, nec illuminat ipsum. Superior autem loquitur inferiori, sicut Magister Discipulo, ut ex hoc dicatur eum docere, & illuminare, sed de his locutionibus in sequenti Dist. tractabimus.

R E S P. A D A R G. A R T. V.

A D primum dicendum, quod exemplum de carbō ignito ratione valet ad propositū, quod Angelus superior aliqd directè agat in inferiorē: valet tamen modo, quo diximus.

D Ad secundum dicendum, quod actus actionis sunt in paciente, & disposito, ut dicitur in 2. De anima. Propter quod reprehendendi sunt illi, qui volunt determinate de anima, & nihil dicere de corpore, vel volunt determinate de actiō, & nihil dicere de passiō, ergo in spiritibus, & situ in corporibus, nec ad confortationē, nec ad aliquid faciēt nisi sicut exigentia passi, & sicut quod passum est aptum natū recipere. & ideo Angelii superiores non possunt directe agere in inferiōres, nec habere directam operationē in eis, sicut habet carbo magis ignitus in carbonem minus ignitum, quia tunc superiores Angelii illaberentur in inferioribus, cum hoc sit communis omni spirituali substantiæ, quod ubi operatur, ibi est, sed potest superior veritatem, quam nouit, in inferiori Angelo proponere, & sic cum illuminare, & docere.

D Ad tertium dicendum, quod huiusmodi illuminatio non potest fieri per luminis emissionem, vel quod Angelus superior faciat præsens suum lumen, ubi non est præsens sua substantia, quia tunc esset accidentis sine subiecto, nam illud lumen sic præsens factum, non esset sicut in subiecto in substantia Angelii illuminantis, cum ponatur talis substantia non esse ibi præsens, nec posset esse sicut in subiecto in substantia Angelii illuminati, quia tunc accidentis mutaret subiectum suum: nec in spatio aliquo corporali, quod corpus

Angelum loquitur.

Actus actiō-
nem in pa-
ciente bene
disposito. L.
c. 4.

non potest esse subiectum talis luminis, cum lumen illud, nec sit corpus, nec virtus in corpore; propter quod modus ille stare non potest.

Ad quartū dicendū, q̄ angelus pōt suum lumen facere præsens alicui magno spatio: sicut pōt facere prætentē suā substantiā, vt secundū se totū tam secundū substantiā, quām secundum suū lumē, et secundū oīa sua sit totus in toto illo spatio, & totus in qualibet parte: sed tñ nō p̄t suū lumen facere præsens, vbi nō est substātia, vt hoc modo illuminet aliū angelū. quia tūc esset accidens sine subiecto: dato tñ, q̄ posset facere sic lumen præsens, qd attingeret aliū angelum, oportet, q̄ illud lumē illabere illi alijs angelo. q̄a simpliciter attingē simplex, totū attingit totū, qd esset magis inconveniens ponere de huiusmodi lumine, q̄ de ipſa substātia. Nā huiusmodi accidēs illabi alijs angelo repugnat ei, & ratio ne, qua accidēs, & rōne, qua qd creatū, sed q̄ cōfētia angelī alicuius illabat alijs angelo, nō repugnat ei rōne, qua cōfētia, sed rōne, qua qdcreatū.

Ad quintū dicendū, q̄ id, qd nō attingit aliud, nō agit directē in ipsum, sed huiusmodi actionē, q̄ est effectū aliquē, vel veritatē aliquā, pponere: pōt vñus angelus facere in aliū abiq; eo qd ipsū attingat mō, quo volebat cōcludere argumētū: ideo sufficit, q̄ ei illā veritatē proponat, eo mō, quo possit alius capere. Nō, n. angelus hēt cognitionē de rebus, q̄ res agāt in ipsum, sed sufficit, q̄ res sint tales, q̄ sint pportionatae speciebus in mētibus angelorū, ad hoc, q̄ possit eas angelus cognoscere. Sic sufficit, q̄ angelus superior de veritate, quā vult ostēdere inferiori, formet in seipso particulares cōceptus, pportionatos speciebꝫ inferioris angelī ad hoc q̄ possit angelus apprehēdere veritatē illā, & secundū illā ferri in Deū, & in Deo tanq; i causa excitat⁹, & cōfortat⁹ à superiori, mō, quo dixim⁹, possit videre veritatē illā.

Resolutio Dub. I.

Purgatio, & illuminatio sunt idem re: differunt tamen ob diuersos respectus.



Angelus superior qd illuminet inferiorem.

D id autē, qd q̄rebatur, vt ētū sit idē purgatio, qd illuminatio; Dicēdū, q̄ est idē secundū rē: solū differt p̄ respetū ad aliud, & aliud. Diximus. n. q̄ angelus superior illuminat inferiorē, pponendo sibi determinatē veritatē aliquā, & q̄a secundū illā determinatā proportionē vnit, & determinat intellectū angelī inferioris, & vniēdo, & determinādo cōfortat ipsum, vt vniūe feratur in Deū secundū cōsiderationē illius veritatis, vbi hēt illā veritatē cognoscere, illuminatio ergo ista quātum est ex parte angelī superioris nihil est aliud, quām vñio, & determinatio intellectus angelī inferioris: purgatio autem nihil erit aliud, quām recessus ab opposito huiusmodi, & quia vñire, & determinare aliqd est facere ipsum recedere ab opposito illius vñionis, & determinacionis: oī angelus superior illutrinādo inferiorē xp̄m purgat, & nō aliter, q̄ illuminando purgat

A Possimus autē dicere, q̄ angelus inferior ante quām illuminet à superiori: quadrupliciter se p̄t habere, secundū, q̄ quadrupliciter p̄t dici purgatio a superiori. Primi si nō sit ei similis, Secūdo si sit dissimilis. Tertiū si sit cōfusus. Quartū si sit cōfusus, & dissimilis. Primi quidē mō p̄t ei esse nō similis: vt quia nō cogitat de illa veritate, quā vult sibi angelus superior pponere; vel si cogitat, nō cogitat sub isto respectu, q̄ Deus ordinavit sic se facturū: vel, q̄ illa veritas, vel, q̄ ille effectus tāquām quid ordinatū a Deo reluceat in Deo; tunc ergo angelus superior poterit purgare inferiorē ab hac nō similitudine, quia proponet sibi veritatē illā tanquam relucētē i Deo, & faciet illū de hoc cogitare, vt vniūe ferat in Deū, & aduertat ibi de veritate illa, de qua nō ad vertebat. Secundū angelus inferior antequām il luminetur nō solum p̄t esse nō similis, sed etiā dissimilis, quia nō solum non cogitat de illa veritate, sed forte cogitat de aliquo alio lōgē dissimili, & longē diuerso a veritate illa: tūc ergo p̄t superior inferiorē illuminare, vt proponat sibi veritatē proposūa, quam proponēdo faciat illū recedere ab illa dissimilitudine. Tertiū angelus inferior anteq̄ illuminetur p̄t dici cōfusus, i. in determinatus, quia, & si cogitat de illa veritate, quā sibi vult proponere superior angelus: cogitat cū quadā confusione, i. cū quadā indeterminatione, quia nescit quo mō fieri debeat: vtrū hoc mō, vel illo, nec hoc est inconveniens ponere i angelis, q̄ vñint doceri, & q̄ nesciāt totū regimē, q̄a cū possit fieri pluribus modis, q̄ desiderādo cogitēt sub quadā indeterminatione de illis modis. Mal. n. angeli possunt esse psumptuosī, & dare iudicium suū de aliqua re futura ante, q̄ sciant plenē veritatem: sed boni angeli in oībus Deo subiecti, nō determinant, nec dāt iudicium suum, sed expectāt diuinam suā, vel illuminatiōnē superiorū: qñ ergo sic se habēt, q̄ superiores proponūt inferioribus aliquām veritatē determinate, dicūt eos purgare a confusione.

Quartū angelus inferior pōt esse dissimilis, & cōfusus: dissimilis quidē, quia cogitat de veritate, q̄ est longē dissimilis, & diversa ab ea, quā vult sibi proponere superior angelus. Cōfusus vero, quia de illa veritate nō est certus, pp qd cum angelus superior determinatē sibi proponit veritatē, quā vult inferiorē docere: purgat eū a cōfusione, & dissimilitudine. In hoc autē quarto mēbro cōprehēdunt̄ oīa alia tria mēbra. Nam cōprehēdit̄ ibi tertium mēbrum, qd erat purgare a confusione, & secundū qd erat purgare a dissimilitudine, quia id hoc quarto mēbro agit de purgatione vtriusque, cōprehēdit̄ etiam ibi mēbrum primum, quod erat purgare a nō similitudine, q̄a i dissimilitudine includit nō similitudo: sicut in contrario includit cōtradicō, vt in nigro includit non albū. Sic in dissimili in telligit nō simile. Inde est ergo, q̄ Dio. 3. de cōlesti Hierarch. determinans de purgatione angelorum ait: Oportet itaq;, vt existimo, purgandos quidem puros perfici, liberari omni dissimilitudinis

Dissimiles
& non similes
le quo modo
do dicitur

Angelorum
Purgatio
quadrupliciter.

dinis confusione. Idem est ergo purgatio, & illuminatio, differt autem per respectum ad aliud, & aliud. Nam angelus superior proponens veritatem inferiori angelo, de qua vult eum docere, assimilat sibi intellectum inferioris angelii faciendo eum cogitare de eo, de quo ipse cogitat, & unit, & determinat ipsum: faciendo ipsum unitem, & determinat considerare de veritate illa; & quia semper agens agendo propositum tollit oppositum, ideo angelus superior assimilando sibi intellectum angelii inferioris, & unitendo ipsum: tollit ab eo opposita, videlicet dissimilitudinem, quae opponitur similitudini: & confusione, id est indeterminationem, quae opponitur unitio, sive determinationi. Prout ergo intellectum angelii inferioris superior angelus sibi assimilat, & ipsum unit, & determinat, dicitur ipsum illuminare, quia unitendo, & determinando intellectum eius, & assimilando eum sibi, confortat eius lumen intellectuale, ut sit potentius ad agendum. sed prout tollit ab eo opposita, videlicet dissimilitudinem, indeterminationem, sive confusione, dicitur eum purgare.

RESP. AD ARG. DVB. I.

Decimus primum dicendum, quod licet intellectus magis putus sit, magis illuminatus, & plura cognoscatur, non per respectum ad idem dicetur hoc, & illud, quia dicens putus, put est liberatus ab appolito: dicetur autem illuminatus: put est consecutus propositum. Ad secundum dicendum, quod & purgare, & illuminare sunt idem, quod assumere diuinam scientiam, quia haec duo ordinantur ad illud.

Resolutio Dub. II.

Illuminatio, & perfectio in Angelis sunt idem consequentiæ, quæcum ad actionem intentionemque agentis, & passi: sed quantum ad passionem passi: vel quantum ad id, quod fit in passo non ite.

Dicit autem, quod quærebatur: *Vtrum sit idem illuminatio, quod perfectio: dicendum, & in acquisitione scientiae est tria considerare: oppositum, à quo receditur: id, per quod scientia acquiritur: & ipsa scientia acquisita, oppositum, à quo receditur, est nescientia: id, per quod scientia acquiritur: est illuminatio: ipsa scientia acquisita est cognitio rei, quam habemus, mediante huiusmodi illuminatione. Omnia autem haec tria facit angelus superior in inferiori, nam ipsum liberat à nescientia, tollendo ab eo confusionem, & dissimilitudinem, quæ ex hoc inferior est nesciens, vel non est sciens, licet superior quia est indeterminatus in se, & est dissimilis à superiori, & secundum hoc dicitur superior inferior purgare. Secundo superior angelus unit, & determinat intellectum inferioris, & ex hoc dicitur eius lumen intellectuale confortare, & per consequens ipsum illuminare. Tertio angelus inferior sic illuminatus à superiori: incipit aliqua lete, quæ prius nesciebat, & quæcum ad hoc dicitur perfici. Sic itaque ista*

A tria se habent: & cum de re constet, de verbis modicis est curandum. Tamen quia quæstio quætit: *Vtrum illuminatio, & perfectio sint idem: dicemus, quod aliqua esse idem, quæcum ad præter spectat, potest intelligi quadrupliciter: vel ex confectione, quia unum consequitur ad aliud: vel ex actione agentis, quia una actione fit hoc, & illud: vel ex intentione tam agentis, quam passi, vel ex passione patientis: siue ex eo, quod fit in passo, quia unum solum aliquid fit in eo. Illuminatio quidem, & perfectio sunt idem consequentiæ, quia unum consequitur ad aliud. Nam ad illuminationem, ut patet per habita statim consequitur perfectio: ita, quod simul tempore hoc, & illud, sicut ad illuminationem actis statim sequitur visio. Secundò hæc duo sunt idem, quantum ad actionem agentis, quia una actione fit hoc, & illud. Nam angelus superior hoc modo purgat, illuminat, & perficit inferiorum, propounderet sibi aliquam veritatem determinatam, quod faciendo eum liberat ab indeterminatione, & deum purgare. Confortat, & unit intellectum, & lumen intelligibile ipsius, & deum ipsum illuminat: Facit ipsum illa veritatē in sua causa, i.e. Deo cognoscere, & deum ipsum perficere. Et quia hæc omnia una actione facit superior angelus in inferiori: ideo hæc omnia tria quæcum ad actionem agentis idem esse dicuntur. Tertiò illuminatio, & perfectio sunt idem, quæcum ad intentionem agentis, & passi. Nā inter hæc omnia tria, hoc est finaliter intentum, videlicet perfectio, & diuinæ scientiæ assumptione. Quarto log possumus de idemtate illuminationis, & perfectionis, quæcum ad passionem passi, vel quæcum ad id, quod fit in passo, & sic dicere possumus, quod magis sunt duo aliqua, quæ unum aliquid. Nā aliud est intellectum unitum, & ex hoc lumen eius confortare, quod pertinet ad illuminationem, & aliud ex hoc facere ipsum aliquid effectum in sua causa, i.e. in Deo cognoscere, quod pertinet ad perfectionem. Dicemus ergo, quod unus angelus superior una actione purget illuminet, & perficiat: in illuminatio, & perfectio in ipso passo possumus dici duo aliqua: sicut si apertus fenestræ, & ex hoc illuminatis domum unica actione hoc faciat: in ipsa tamen domo aliud est reseratio fenestræ, aliud illuminatio. Hoc autem dicimus, quia aliquæ una actione agentis plura in passo fiunt. Possumus autem dicere, quod magis sunt duo aliqua in angelo, illuminatio, & perfectio, quam illuminatio, & purgatio. quia tamen illuminatio, quam perfectio, dicunt aliquid positum, & ex hoc possint dici duo aliqua. sed purgatio dicit aliquid privatum, secundum quæmodum magis est non aliquid, quam aliquid.*

Contra: *D*ecimus primum dicendum, quod omnia illa tria sunt idem, quod assumptione diuinæ scientiæ, quia hoc in eis finaliter intenditur: differunt tamen à se inuicem modo, quo diximus. Ad secundum dicendum, quod respectu passi illuminare est manifestate causaliter, quia ex hoc fit nota, & manifesta veritas angelo inferiori, quia illa agit, super iij. Sent. Qq. 2 mina.

Angelorum
purgatio, &
illuminatio
quo diffe-
rentur.

minatur à superiori. Sed veritatem scire, & eam notare, & manifestam habere, est idem quod manifestatio formaliter, propter quod differunt, & differre possunt hoc, & illud.

Resolutio Dub. III.

Altus Hierarchici, qui sunt illuminare, purgare, & perficere, non habent in se prioritatem aeternitatis, nec temporis, sed naturalis intelligentia, perfectionis, & complementi. Purgatio n. est prior illuminatione, quantum ad originem per comparationem ad passum: sed illuminatio, si ad agens conferatur, prior est alijs. Perfectio vero ad agens, & passum comparata, oës electione predit.



Tomo I.
prioris quot
modis dicitur.

D id autem, quod queritur, quem ordinem habeat ad inuicem ista tria, & quod istorum est prius alio, dicendum, quod secundum August. 12. Confess. quadrupliciter dicitur aliud alio esse prius: Aeternitate, ut Deus est prior omnib⁹: Tempore, ut flos fructu: Electione ut fructus flore: Origine, idest, natura, ut sonus cantu. Cum ergo queritur, quod istorum triū est prius, & quem ordinem habent ad inuicem, dicemus, quod quantum ad prioritatem primam, secundum, quod aliquid aeternitate precedit alia, nihil creatum est prius alio, quia nihil creatum fuit ab aeterno. quantum autem ad prioritatem temporis nullum horum est prius alio. Nam in eodem instanti, & simul, cum angelus superior proponit inferiori aliquam determinatam veritatem: vnit, & confortat intellectum eius. vnde dicitur cum illuminare. Tollit ab eo indeterminationis confusionem, vnde dicitur ipsum purgare, & facit ipsum in sua causa cognoscere, vnde dicitur ipsum perficere. Nam in actionibus se concomitantibus simultas est temporis: non obstante, quod vnum causatur ab alio: sicut simul illuminatur aer, multiplicatur color, & fit visio. Aliæ autem duæ prioritates, videlicet natura, siue naturali origine, & electione, idest perfectione, & complemento: locum habent in quæstione proposita. Scendum tamen non esse inconveniens secundum alium, & alium respectum: & aliqua duo sic se habete, quod vnum sit causa alterius, & econuerso. Non tamen in eodem genere causæ, sicut potio est causa sanitatis in genere causæ efficiens, & sanitas potionis in genere causæ finalis, & quia causa natura est prior effectu, non est inconveniens secundum aliam, & aliam acceptiōnem, sanitatem natura esse priorem potionē, & econuerso: nec est alia, & alia sanitas, quæ præcedit, & sequitur potionem, sed est eadem aliter, & aliter accepta, & considerata. quia eadem sanitas secundum intentionem agentis est prior potionē: secundum receptionem in passo est posterior. Illa ergo prioritas, quæ est natura, vel naturali origine, potest

* Causa si-
bi iuncta
causa sed non
in codice
causa
2 phys. t. c.
10.

Quæst. I.

A comparari ad agens, & ad patiens, prout ergo ad propositum spectat, & præsenti quæstiōni congruit: erit triplex prioritas. Vna originis, prout spectat ad passum. Alia originis, prout spectat ad agens: & tertia, quæ est secundum electionem, idest secundum perfectionem, & complementum. Cum ergo queritur, quod illorum trium est prius: dicemus, quod quilibet illorum est prius alijs, aliquo istorum triū modorum. quia origine per comparationem ad passum, purgatio est prior illuminatione, & perfectione, sed origine per comparationem ad agens, illuminatio est prior alijs, sed electione, & complemento quantum ad agens, & etiam quantum ad passum, perfectio præcedit alia. Sicut enim videmus in materia, quod semper expoliatio ab opposito natura, & origine præcedit introductionem præpositioni. quia prius intelligitur materia expoliari à forma opposita, quam indui proposta, quia non posset indui, nisi prius expoliaretur. sed quantum est ex parte agentis: prius est inducō, quam expoliatio, quia agens non expoliat nisi quia inducit, & induit: sicut aliquando exemplum possumus de duobus clavis, ut si agens per clavum, quem habet in manu, vellet remouere & clavum infixum in ligno, licet tempore simul infigeret vnum, & remoueret aliud: tamen prius infigeret, quam remoueret, quia non remoueret nisi infigendo: ipsum tamen susceptibile, & ipsum lignum prius perderet clavum vnum, quam recipere aliud. quia non posset suscipere vnum clavum, nisi perdendo aliud. Et quia purgatio est remōtio à confusione, & ab opposito illuminatio est vno, & confortatio intellectus, & est inducō propositi: quantum est ex parte passi, siue ex parte ipsius susceptibili natura, & origine prius est purgatio, quam illuminatio: ex parte autem agentis est econtratio, aliter ergo, & aliter origine, & natura purgatio præcedit illuminationem, & econverso, sed haec duo origine, & natura tam ex parte agentis, quam ex parte passi, præcedit perfectionem. quia natura, & origine ex parte passi prius est purgatio, postea illuminatio, & ultimo pfectio. ex parte aut agentis prius est illuminatio, postea purgatio, & ultimo pfectio. sed licet origine, & natura tam ex parte agentis, quam ex parte passi, prius est purgatio, postea illuminatio, & ultimo pfectio.

D ictio, & cōplemento quantum ad agens, & patiens est prior. quia patiens in seipso, & agens in patiente præcligit tanquam magis quid perfectum, & completem, perfectionem illis duobus, cu illa duo propter perfectionem agantur, & hanc

R E S P. A D A R G. D Y S. I I I.



D primum dicendum, quod ex parte materiæ prius est purgatio, quam illuminatio. vi argumentum obijicitur: sed ex parte agentis est econverso.

Ad illud

Prioritas
notanda.

* Clavis li-
gno infi-
xus.

Agens & patiens, quid differant.

Intellectus humanus p̄ specie recipit, quā lumen.

Ad illud autem in contrarium patet, q̄ licet quantum ad susceptionem formæ, & expoliacionem oppositi, quantum ad id, quod hęc sunt, sic patiens patiatur, vt agens agit. quia passum non induit alia forma, quam agens induat: nec expoliatur alia, quam agens expoliat: & licet sic sit de rebus habitis, & perditis; tamen quantum ad ordinem habendi, & perdendi, contrariū est de paciente, & agente. quia patiens prius perdit, quām recipiat; sed agens prius inducit, quām tollat.

Ad id autem, quod obiiciebatur de intellectu nostro; Dici potest, q̄ intellectus noster recipiens lumen, & speciem per accidens, quasi tenet modum retrogradum. nam cum deberet prius recipere lumen, quam speciem ratione conditionis suę, quia est mālē natus ad sc̄ēdum, quodammodo prius recipit speciem, quām lumen: & prius minus nota, quām magis nota. nam anima sicut prius cognoscit alia, quām se: sic prius cognoscit ea, quā sunt in alio, quām ea, quā sunt in se, vt sicut cognoscēdo alia, cognoscit se: sic cognoscendo obiectum, quod est extra se, cognoscit actum, qui est in se, & quia illum ordinem, quem tenet in cognoscendo, tenet in recipiendo, prout receptio cognitioni deseruit, lumen intellectus agentis, quod est in eadē anima cum intellectu posibili, non recipitur in huiusmodi intellectu, nisi mediabitibus speciebus, quā sunt species rerum extra animam, in quarum cognitionem primo progreditur anima. sed licet sic sit in nostro intellectu peruerso, & male nato ad sciendum, non est tñ sic in intellectu angelico. Vel possimus dicere, quōd & receptio speciei, & illuminatio non est ipsa perfectione, siue ipsa cognitio veritatis, sed tam istud, quām illud in his, quā cognoscimus per speciem, præcedit cognitionem. siue ergo receptio speciei sit prior illuminatione, siue conuerso, ipsa tamen illuminatio origine, & natura est prior cognitione, & perfectione.

Ad illud in contrarium, quōd illuminatio est prior, quām notitia, siue quām scientia veritatis, quam vocamus perfectionem; patet, q̄ est prius origine, sed non electione.

Resolutio Dub. IIII.

Hierarchiarum primas, medias, infimasque dari necesse est, tum cognitorum, tum etiam modi cognoscendi ratione.


*D*id autem, quod vterius quarebatur, vt rū in illuminationibus Angelorum sit dare aliquas primas, aliquas medias, aliquas ultimas. Dicendum, quod, vt patuit in arguendo, Diony innuit sic esse, quod dupliciter possimus declarare: ex parte cognitorum, & ex parte modi cognoscendi. Ex parte quidem rerum cognitarum rationabiliter ponit potest, quōd in omnibus Angelis,

*A*sunt aliquæ illuminationes primæ, aliquæ medias, aliquæ ultimæ. Nam aliquæ illuminationes sunt de rationibus gubernationis mundi, & de mysteriis salvationis electorum, inter quæ est dare, aliqua majora: aliqua minora: aliqua media. Propter quod, sicut ipse res per illuminationem cognitæ quendam ordinem habent ad invicem, sic & ipse illuminationes, per quas talia cognoscuntur, quendam ordinem habere debent, vt quædam sint primæ, quædam infimæ, quædam mediæ: nec est inconveniens in talibus esse prioritatem, & originis, & perfectionis: vt quædam illuminationes sint priores aliis origine, & quædam perfectione.

*B*Secundo hoc idem possimus declarare ex parte modi cognoscendi, vt saltē in Angelis interioribus sit date illuminationes primas medias, & infimæ. Nam, vt diximus, quidam Angelii cognoscunt in ipso fonte: quidam in vniuersalibus conceptibus: quidam in particularibus rationibus. Cum ergo Angelus superior proponat Angelio inferiori veritatem aliquam; oportet, quod ipse proponat ei eo modo, quo ipse potest capere. ideo dicitur superior habere dentes, quia dividit illos conceptus suos, & ponit ei magis particulariter. sed non est inconveniens, quod ex propositione talis veritatis, intellectus Angelii inferioris confortatus possit illam veritatem videre in vniuersalibus rationibus, & conceptibus, quām prius fuerit sibi proposita, sicut accidit homini discenti, cui postquam proposita est veritas per multa verba, intellectus eius aliqualiter illuminatus, in paucioribus verbis potest illam veritatem capere. Demum autem & Angelus inferior illam veritatem cognoscit in ipso Deo,

*C*vt sic ordinatè infima reducantur in Deum per media iuxta legem diuinitatis a Diony. 4. de Angelis Hierat. traditam. Dicemus. n. vt etiā communiter dicitur, quod quantum ad naturalem cognitionem pertinet, non est necessaria manifestatio veritatis, neque in Angelis, neq; in Demonibus, quia secundum hunc modum a principio suę cognitionis omnia cognoverunt, hoc enim modo Angelii sunt intelligentiæ plenæ formis, & sunt a deo intelligentes, vel sunt in potentia accidentali, vel actuali ad intelligendum: vt, q̄ solum velint se conuertere super species, quas habent, possunt omnia talia intelligere. Sed huiusmodi illuminatio sit de diuinis mysteriis, & de rationibus diuinis, secundū quas possit saluati humana num genus, quas rationes, & quæ mysteria naturali cognitione non possunt cognoscere. Angeli, respectu cuius cognitionis non sunt formis pleni, & in actu, sed magis sunt in potentia ad suscipiendam talem cognitionem a superioribus substantijs, siue ab ipso Deo. Propter quod, adiuuante lumine gratiæ, non est inconveniens in huiusmodi cognitione gradatim procedere, vt primo inferiores Angelii suscipiant huiusmodi revelationem modo magis particulari, & quasi per multa verba: & postea ad huiusmodi revelationem se habere posse. Egid. super ij. Sent. Qq 3 sint

*Angelorum
illuminationis
de quibus sit.*

sint magis vnitive & demum veritatem illam in ipso fonte, & in ipso Deo cognoscant. Dicemus enim, quod sicut veritas aliter proponitur Clericis, aliter Laicis, & si mediate proponeretur laicis, sicut proponitur Clericis, Laici non caperent: non tamen est inconueniens, quod postquam laici apprehenderint aliquam veritatem eo modo, quo proponitur laicis, quod per talam apprehensionem conformati, possint illam veritatem apprehendere vniuersaliori modo, & quasi eo modo prout proponitur Clericis. Sic, & forte multo magis, si eodem modo proponeretur veritas aliqua superioribus, & inferioribus angelis, inferiores non intelligerent veritatem illam: sed postquam huiusmodi veritas est proposita, modo, quo debet proponi inferioribus, apprehendendo veritatem illam, & ex hoc confortati, non est inconueniens eis, posse intelligere veritatem illam eo modo, quo proponebatur superioribus: & vt sic ascenden-
do veritatem illam cognoscant, eo modo, quo cognoscunt supremi, videlicet in ipso Deo: nunquam tamen sic inferiores attingunt modum superiorum, quod ita clare videant, sicut vident superiores, licet ad hoc deuenire possint, quod videant veritatem illam in illo fonte, & in illa causa, in qua vident superiores: nec oportet in hoc date diuturnitatem temporis ante, quam reducantur infimi angelii per medios angelos, & per supremos in ipsum Deum, quia sufficit, quod natura, & origine, & causalitate se ipsa præcedat. Non oportet autem, quod se præcedant duratio ne, & tempore, sicut origine, & causalitate prius est illuminatio aeris, postea multitudo colorum, & ultimo visio: tempore tamen, & duratione se ista non præcedunt, quia in eodem instanti fiunt. Sic Deus volens illuminare angelos, & volens eis reuelare sua mysteria, per quæ dispositi saluare electos, facit suum impetum in omnes angelos, sed ex isto impetu sine aliqua alia intermedia causa, soli superiores illuminantur, intelligentes illa mysteria in ipso fonte, & in ipso Deo. Ipsi vero superiores sic illuminati proponunt illa mysteria medijs, ex qua propositione non intelligunt illa mysteria infimi, sed medijs magis particulariter illa mysteria proponunt infimis, ut sit aliis illuminandi modus supremos, quia per solum diuinum impetum, & aliis illuminandi modus, quia per propositionem vniuersalem, prout supremi proponunt medijs: & aliis sit modus illuminandi infimos, quia ex propositione particulari, prout medijs eis particulariter illa proponunt. Medijs ergo reducuntur in diuinum impetum per supremos, vt ex propositione illa vniuersali supremorum sint capaces diuini impetus, & possint illa mysteria in ipso Deo cognoscere: infimi autem reducuntur in Deum per medios, & supremos, quia infimi immediatè non sunt capaces diuini impetus: sed etiam non sunt immediatè capaces vniuersalium propositionum, sed solum immediate capiuntur eis illa mysteria, q[uod] particulariter proponun-

Angelorum
illuminatio
nisi modus,
sed modo.

Quæst. I.

A tur: & ex illa particulari propositione manuducuntur in vniuersalem, & ex vniuersali in diuinum impetum, vt sic omnia ibi ordinare sit. Ex ipso ergo modo cognoscendi, vel ex ipso modo illuminandi, prout per tales illuminationes angeli reducuntur in Deum, possumus ibi dare primum, medium, & infimum: vt primum sit per diuinum impetum diuina mysteria patefacere; medium sit per vniuersaliter proponere, mysteria illa cognoscere: infimum sit per particulariter ostendere, in cognitionem illorum mysteriorum deuenire. Aliqua sunt enim, quæ immediatè quilibet cognoscit in Deo: & aliqua sunt, quæ sic gradatim, & secundum præstatum ordinem perueniunt ad notitiam Angelorum.

B Aduertendum autem, quod posuimus similitudinem de Clericis, & Laicis: dicentes, quod sic, & multo magis erat in angelis, quia si veritas talium mysteriorum proponeretur immediatè eo modo inferioribus, quo proponitur superioribus, non caperetur ab eis: sicut si aliqua veritas immediatè proponeretur eo modo laicis, quo proponitur Clericis, non caperetur, nec intelligeretur ab ipsis. Est enim hoc sic, & similiter, quia respectu cognitionis talium mysteriorum sunt angelii in potentia ad cognoscendum: sicut & respectu propositarum veritatum sunt homines ad cognoscendū in potentia. q[uod]a, vt diximus, licet ad naturaliter cognita non sint angelii in potentia, nisi forte valde accidētali, ad cognoscendū in talia mysteria dici possunt esse in potentia. est etiam hoc forte multo magis in angelis, quā in hominibus, quia multo magis se excedunt angelii, cum sint ad inuicem diuersarum specierum, & diuersorum generum, quam se excedat homines, qui omnes sunt eiusdem speciei.

R E S P. A D A R G. D V B. I I I .

C **A** D primum dicendum, quod intelligere cum discursu non dicit solum intelligere aliqua primo: aliqua secundo. Nam & sensus prius dicuntur ferri in lucem, quam in colorem: & etiam lux est ratio, quare sensus feratur in colorem, nec tamen propter hoc dicimus sentire cū discursu. q[uod]a nō cedit tempus in edū inter sentire lucē, & colorē. Sic, q[uod]a in talibus illuminationib[us] nō oportet cadere tempus me-
diū, nō oportet ex hoc, q[uod] angeli intelligat cū discursu. Dato tamen, quod & ibi caderet tempus mediū, adhuc nō oporteret, q[uod] intelligeret cū discursu. Nā intelligere cū discursu nō solū est aliqua intelligere primo: aliqua secundo; sed ēt ponit, q[uod] ibi intercidat tempus medium, & tū hoc dicis, q[uod] istud tempus medium intercidat arguendo, & ratiocinando, prout nos arguendo, & ratiocinando à principijs ad conclusiones discurrimus. Nā Angelus etiam secundum suam naturalē cognitionem non intelligit omnia simul: sed oportet, quod primò conuertat se super istam speciem, & intelligat representata per illam speciem, & postea

Intelligere
cum discus
su quid.

Angeli nō
discurrent,
quero rōas
les dicuntur.
intellectua-
les, intellecti-
bus.

postea se conuertat super aliam speciem, & intelligat representata per illam speciem: & postea se conuertat super aliam speciem, si vult intelligere representata per eam, & sic successuē, & quodam ordine potest se conuertere super omnes suas species, & intelligere omnia representata p eas, nec tamen in huiusmodi successione, & in huiusmodi ordine est discursus, quia si cadit ibi successio, quod aliqua intelligit primo, aliqua secundo, non agit hoc arguendo, & ratiocinando: quæ argutio, & ratiocinatio de necessitate requiritur ad intelligere cum discursu: sic & in proposito, & si non quantum ad modum reuelādi, tamen quantum ad ipsa reuelata non omnia reuelantur simul ipsi Angelo. Si ergo aliqua reuelantur ei primo: aliqua secundo, quantuncunque intercidat ibi tempus medium, non dicitur propter hoc intelligere cum discursu, quia huiusmodi tempus medium non intercidit, quod Angelus ratiocinetur, & arguat, vt sic arguendo, & ratiocinando seipsum ad veritatē ducat.

Ad secundum dicendum, quod licet Angelus sit deiformis, & licet per huiusmodi illuminaciones fiat deiformis, non tamen est Deus, nec habet per huiusmodi illuminationes, quod fiat Deus, ideo non oportet, quod æquetur Deo, & quod per huiusmodi illuminationes omnia intelligat simul, sicut intelligit Deus.

Ad tertium dicendum, quod licet sit unus intellectus angelicus; non tamen æqualiter est dispositus ad omnīæ æqualiter intelligēdum. ideo secundum quod exigit intellectus Angeli, & natura eius, aliqua possunt ei reuelati primo, aliqua secundo, & sic deinceps.

Q V Æ S T I Q II.

De Angelorum ordinibus.

DISTRA quæritur de secundo principali: videlicet de ordinibus Angelorum. Quæritur enim de numero talium ordinum.

A R T I C. I.

An nouem sint ordines Angelorū.
Conclusio est affirmativa.

D.Th. 1.p.q. 108. Et 1.sen.d.9.arti.3. D.Bon.d.9.artic.1.q.7.
Land. d. 9. q. 5. Bie. d. 9. q. 1.



T videtur, q̄ non debeant esse nisi tres ordines. Nam in numero ternario omnia reperiuntur, vt dicitur in 1.cq. & mūdi. Quia in omnibus reperi principium medium, & finis. In omnibus enim est assignare supremū, medium, & infimum. vnde in eodem primo celi, & mun-

Numerus
Ternarius.
tex.6.2.

A di dicitur, quod hunc numerum, scilicet ternariū, extraximus ex natura rerum. Et ibidem dicitur, quod secundum istum numerum habemus laudare Deum Creatorem præexistentem proprietatibus rerum, ergo ex proprietatibus rerum accipere debemus huiusmodi numerum. & quia ex proprietatibus Angelorum est, quod sic distinguuntur secundum ordines; quia Dionysius cuilibet ordini assignat suas proprietates, nō erūt nisi tres ordines Angelorum: supremus, medius, & infimus.

Præterea videtur, quod sint septem ordines: quia Magist. 2. Sententiarum, distin. 9. dicit ordinem Angelorum esse multitudinem cœlestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratia similantur. Secundum ergo numerum donorū gratiarum sunt accipiendi ordines: sed dona gratiarum, siue dona Spiritus sancti numeratur esse septem, ergo, &c.

Præterea videtur quod debeant esse in numero denatio: quia denarius est numerus perfectus, & ipsi potissimum sunt in numero perfecto.

Præterea in Euangeliō assignatur parabola Lxx 15. de decima dragma: Post resurrectionem ergo erunt decem ordines. Aliter enim homo non diceretur decima dragma, nisi pertineret ad decimum ordinem, sed genus humanum non faciet per se ordinem; quia homines assumentur ad ordines Angelorum: oportet ergo, quod sint decem ordines Angelorum, & quod homines assumantur ad illos decem ordines: vt hoc modo homines dicātur decima dragma perdita: quia erit pars decem ordinum.

C IN CONTRARIUM est Dio. 6. de Angel. Hierarchia dicens: Omnes cœlestes essentias Theologia vocavit nouem, intēdens ex hoc g. esse ordines illarum cœlestium essentiatum. Et idē eo. c. dicit, quod has. s. cœlestes essentias & Diuinus noster Sanctus Præceptor, videlicet Hierotheus, vel melius; Paulus, vt * Cōm. sunt Hugatio, Catharinus, Ficius, D. Tho. &c. aliij. Cōmēt, dicit i tres ternas dispōnes segregat. sunt ergo tres Ternæ. i. 9. dispositiōes segregat, siue ordines Angelorū.

Angela
ord. nos
quot.

* Paulus
Hierothē*f.i.*
Deo lacer,
vel teste
Dionysio
ibidem, sa-
crorum ini-
tiator.

* Cōm. sunt
Hugatio,
Catharinus,
Ficius,
D. Tho. &
aliij.

Dub. I. Lateralis.

An ordines recte ordinentur.
Conclusio est affirmativa.

D.Th. 1.p.q. 108.arti.6. Et 2.d.9.arti.7.Ric.
d.9.q.2. Brul.d.9.q.7.



L T E R I V S post dubitationē de numero ordinum, dubitat ut de ordinatione ordinū. sunt. n. ibi, vt diximus, tres Terni, siue tres Ternatij. Primus enim Ternarius secundum Grego. sunt Seraphin, Cherubin, & Throni. Sed autem Dominationes: Principatus, & Potestates. Tertium autem Ternarium faciunt Virtutes, Archangeli, &

Dionysij, &
Gregorij co-
tutio

& Angeli, circa quam ordinationem Gregorij est triple dubitatio, vna est de assignatione ternariorum, in qua discordat à Diony. Nam licet naturaliter in assignatione primi ternarij cōueniat cum eo, in assignatione tamen secundi, & tertij differt. Vult enim Dionysius. q. de angelica Hierarchia, quod ad secundum ternarium, siue ad secundam Hierarchiam pertineant Dominationes, Virtutes, & Potestates; Ad tertiam vero Principatus, Archangeli, & Angeli, Gregorius ergo ponit principatus esse secundū ordinē secundæ Hierarchiæ, & virtutes esse primum ordinem Hierarchiæ tertiarum. Dionysius autem econuerlo.

Secunda autem dubitatio est de ordine ternariorum. Nam si ad secundum ternarium pertinet Dominationes, Principatus, & Potestates, cū ista sint nomina prælationum, & ordo prælatorum sit ordo primus, & supremus; videtur, quod secundus ternarius debeat poni primus, & primus secundus, ut prius sint Dominationes, Principatus, & Potestates, quam Seraphin Cherubin, & Throni.

Sapientia
bonorum om-
nium inten-
ter. Sapientia: Ignorabam, quod omnium bonorum mater est sapientia. Videatur etiam, quod Throni debeant esse super Cherubin, & Seraphin. Nam Throni dicuntur, in quibus sedet Deus, sed sedes immediata se habet ad sedentem. ergo Throni sunt immediatores Deo, q. alij: & per consequens sunt superiores alijs. In ordinatione ergo horum trium ternariorum ordinum, est inordinatio partium ternarij inter se, quia Throni deberent esse supra Cherubin: Cherubin supra Seraphin, & etiam est ibi inordinatio partium viuis ternarij ad alium ternarium, quia partes secundi ternarij, & tertij, aliter ordinat Dionysius, & aliter Gregorius: & tertio est ibi inordinatio ipsorum ternariorum ad inuicem, quia secundus ternarius, qui est Prælatorum, deberet poni supra primum ternarium, qui est contemplatiuum, & supra tertium, qui est actiuorum.

Dub. II. Lateralis.
An ordines recte nominentur.
Conclusio est affirmativa.

D. Th. 1. p. q. 108. art. 5. Et 2. d. 9. art. 4. Item contra Gent. lib. 3. cap. 80. D. Boni. d. 9. art. 1. q. 4. Ric. d. 9. q. 2. Eiel. d. 9. q. 1. Brul. d. 9. q. 4. Voril. d. 9. q. 3.

Tome I.
cap. II.

N L T E R I U S autem dubitatur de nominacione ordinum. & videtur, quod inconvenienter supremus ordo ponatur esse Seraphin. Nam Seraphin dicuntur ab ardore charitatis, & secundum Aug. 15. de Trinitate donum s. charitatis est, quod diuidit

A Init filios Regni aterni, & filios perditionis aternæ, ergo huiusmodi donum est commune omnibus bonis, & omnibus Angelis. non ergo est unus ordo, sed omnes ordines.

Præterea videtur, q. secundus ordo nō debeat dici Cherubin. Nam Cherubin dicitur a scientia: sed scientia, & sapientia est quid commune omnibus Angelis, cum omnes sint intelligentia, & omnes sint deiformes, & omnes polleant scientia, & sapientia.

Præterea videtur, quod tertius ordo non debeat dici Throni. Nam Throni dicuntur illi, in quibus sedet Deus, & in quibus sedet diuina sapientia, sed anima iusti, & omnis substantia intellectualis bona fides est diuina sapientia, erit ergo hoc commune omnibus Angelis.

1. Edd. Præterea videtur, quod quartus ordo non debeat dici Dominationes. Nam hoc est maximè proprium Dei, videlicet Dominari, iuxta illud: Quoniam Dominus ipse est Deus, deberent ergo Dominationes dici primus ordo, non quartus.

Præterea videtur, quod quintus ordo non debeat dici virtutes. Nam virtus est ultimum de potentia: cum ergo Dominatio competat rei, ratione potentie, prius intelligimus rem habere ultimatam, & completam potentiam, & postea intelligimus illam rem dominari. Erunt ergo virtutes supra Dominationes, & erunt virtutes saltem quartus ordo, non quintus.

Præterea omnes intelligentia dicuntur esse quædam virtutes, erit ergo hoc nomen communis, non proprium.

Præterea videtur, quod sextus ordo nō debeat dici Potestates, quia secundum quod habetur in littera, Potestates nominantur, quæ hoc cæteris potentius in suo ordine acceperūt, ut virtutes ad uersæ eis subiectæ refrænentur. Erunt ergo Potestates supra virtutes, cū potissimum ad eas spectet restigare virtutes aduersas.

Præterea videtur, quod septimus ordo nō debeat poni Principatus. Nam Principatus, & Potestates, & Dominationes, & etiam virtutes etiā idem videntur dicere. Nam idem videtur esse potestas, & virtus. Nam pro eodem accipimus habere potestatem agendi aliquid, & habere virtutem faciendi illud. Idem est ergo potestas, quod virtus: & idem est potestas, quod Dominatio iuxta illud ad Rom. 13. rom. 13. Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit. Cum ergo subiecti dicantur respectu alicuius dominantis: idem est esse potestatem, quod esse sublimiore: & idem quod habere dominium. sic etiam idem est potestas, quod principatus. Nam cum ad Ro. Apostolus prius dixisset, q. principes non sunt timori boni operis, sed malitiae: postea subdit: Vis autem non time te potestatem? Bonum fac: accipiens pro eodem esse principem, & potestatem.

Rom. 13. Præterea videtur, q. octauus ordo non debeat dici Archangeli. Nam Archangeli sunt illi, qui principiantur Angelis: Idem erunt ergo Archangeli, quod principatus: cum & principatus Angelis principiantur.

¶ Præterea videtur, quod nonus ordo non debet dici Angeli. Nam Angeli dicuntur nuncij, vel ministri: Omnes ergo erunt Angeli, quia ut dicitur ad Hebr. omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi.

Dub. III. Lateralis.

*An ordines sint à natura, gratia, & officio.
Conclusio est affirmativa.*

D.Tho. 1.p.q. 108.artic.4. Et 2.d.9.artic.7.
Biel d. 9. q. 1.



L T E R I V S autem dubitatur de ratione, & causa istorum ordinum: Vitrum distinctio huiusmodi ordinum sit à natura, vel à gratia. Et videtur, quod sit solum à gratia, quia huiusmodi ordines accipiunt secundū actiones Hierarchias, quæ sunt illuminare purgare, & perficere. sed hoc non competit Angelis nisi per gratiam.

Præterea quod competit roti Hierarchiæ, competit cuilibet ordini, cum ordines contineantur in ipsis Hierarchiis, sed cuilibet Hierarchiæ competit, qd sit quid deiforme, & quantum possibile est, similans: sed hoc competit Angelis potissimum per gratiam, ergo &c.

Præterea Magister in littera dicit, qd ordo est similitudo cœlestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiæ similantur, ergo &c.

I N C O N T R A R I V M est, quia supra distinctio 3. dicitur de Angelis, quod ab initio sua conditionis aliqui fuerunt superiores; aliqui inferiores; ergo ab exordio sua conditionis, & per consequens ex ipsa natura eorum, erat ibi distinctio graduum, & per consequens distinctio ordinum.

Præterea Magister in littera dicit, quod ordo Angelorum est multitudo cœlestium spirituum, qui in naturalium datorum participatione convenient.

Resolutio Artic. I.

Hierarchiarum distinctio ex Principe, ex opere, & ex ipso fine sumi potest. Quelibet autem tres complectitur gradus. Hinc nouem sunt ordines, in quibus est ordo & quantum ad Hierarchias in se, et quantum ad assignationem partium, nec non ad ordinem partium.



E S P O N D E O dicendum ad questionem primam, qd quia Diony. 6. cœlestis Hierarchiæ hoc modo dicit esse, 9. ordines Angelorum. Quia sunt ibi tres Ternæ dispositiones, i. tres Hierarchiæ, quartū quilibet est ternio, id est

A quilibet continet tres ordines; si volumus de numero ordinum aliquid dicere, oportet de numero Hierarchiarum aliquid enarrare. Hierarchia enim idem est, quod sacer Principatus: Omnes ergo Hierarchiæ illæ, sive oēs illi sacri Principatus ad tria possunt comparari, vel ad Principem, sub quo sunt: vel ad actiones, quas agunt: vel ad finē, quæ intēdunt, distinctio itaq; Hierarchiarū, vel erit ex ipso Principe, & ex ipso opere in eoī, vel ex ipso ope ī spirituali, vel ex ipso fine. Ex ipso Principe, & ex ipso opere in generali accipitur distinctio Hierarchiarum, vt supra accipiebatur de quilibet magno Principe, & de quo libet magno opere, vbi est dare tria genera ministrorum, quia quidam sunt assistentes ministri, & hi faciunt Hierarchiam primam. Quidam propositi operarii, & hi secundam. Quidam excutores operum, & hi faciunt tertiam, non enim est conueniens, quod magnus Princeps immidiately se habeat ad operios qualescumq; sint operarii, si ue sint Prepositi, sive Executores. Sed sūt Assistentes ministri, qd voluntatē Regis denūciat Prepositis, & sunt Prepositi, qd operarios ordinat & dirigit: & tertio sunt, qui ex quoniam opus.

B Secunda autem distinctio Hierarchiarum est ex ipso opere in speciali. Nam hoc est opus speciale Hierarchicum, communicatio scientiæ, nā in hoc stant opera Hierarchica, quod unus alium purget à nescientia, illuminet, & perficiat in scientia: Erunt ergo tres Hierarchiæ iuxta tres modos sciendi, in fonte in uniuersalibus rationibus, & in particularibus conceptibus, nam Prima Hierarchia, vt diximus, in ipso Deo tanquam in ipso fonte cognoscit diuina mysteria. Secunda vero de huiusmodi mysterijs in quibusdam uniuersalibus rationibus docetur a prima. Tertia vero de eisdem mysterijs secundum particulares conceptus docetur à secunda. & quia non est dare plura genera ministrorum, vt dicebat distinctio prima, nec prout ad propositum spectat est dare in Angelis plures modos sciendi, vt dicit hæc distinctio secunda: ideo vtroq; modo probatur, non esse nisi tres Hierarchias.

C Tertiomodo potest assignari sufficientia Hierarchiarum ex ipso fine, & ex ipso opere in generali, vt differat hæc tertia acceptio à prima, quia illa accipiebat distinctionem Hierarchiarū ex ipso Principe, & ex ipso opere in generali, hæc autem ex ipso fine, & ex ipso opere in generali. Nam finis mouet agentem, & facit efficientem. finis enim in agibilibus, vt patet ex Physic. se habet sicut principia in speculabilibus, ideo dicitur 4. de di. no. Nullus enim ad malum respiciens, facit, quod facit. Quodlibet ergo agens in sua actione, non intendit malum, sed finem, & bonum, quod potissimum veritatem habet in actione Hierarchica, quæ est actio sancta, & bona. In actione ergo illa primò est consideratio finis: Secundo dispositio operum secundum illum finem. Tertiò executio operis, secundum finem apprehensum, & iuxta dispositionem factam secundum talēm finem. Diximus enim hanc distinctionem

Hierarchiæ distinctio à Principe.

Hierarchiæ distinctio ab opere.

Hierarchiæ distinctio à fine.

Finis mouet agentem. 4. Physic.

D Nam finis mouet agentem, & facit efficientem. finis enim in agibilibus, vt patet ex Physic. se habet sicut principia in speculabilibus, ideo dicitur 4. de di. no. Nullus enim ad malum respiciens, facit, quod facit. Quodlibet ergo agens in sua actione, non intendit malum, sed finem, & bonum, quod potissimum veritatem habet in actione Hierarchica, quæ est actio sancta, & bona. In actione ergo illa primò est consideratio finis: Secundo dispositio operum secundum illum finem. Tertiò executio operis, secundum finem apprehensum, & iuxta dispositionem factam secundum talēm finem. Diximus enim hanc distinctionem

nem

nem acceptam esse ex fine, & opere in generali. quia hoc est generale in omni volente facere ali- quod opus, quod primo apprehendit finem. Se- cundo disponit, quae sunt agenda, & in illum finem. Tertio exequitur, & agit; & si sit opus arduum, quod spectet ad certa multitudinem, oportet ista tria diversis committere, quia aliqui potissimum sunt intenti circa finem, sicut sunt illi, qui sunt in timi, & secretarij, & familiares alicuius domini, qui considerant, & sciunt rationes, & causas agen- dotum, & dicuntur esse specialiter intenti circa finem, quia finis est ratio, & causa in agendis. Aliqui vero sunt intenti circa dispositionem, & directionem operum, ut illi, qui operibus propo- vuntur; aliqui vero circa executionem, ut illi, qui opera exequuntur, & agunt. Et quia finis omnis Hierarchia est ipse Deus, & impletio voluntatis diuinae, ideo primam Hierarchiam dicuntur illi constituere, qui sunt immediate circa Deum, & immediate eis repelunt voluntas diuina, & imme- diate eis reuelantur mysteria, rationes, & le- ges, secundum quas Deus vult mundum regere, & electos saluare. Secundam autem Hierarchiam constituunt, qui illis operibus preponuntur, se- cundum quem Deus disposuit saluare electos. Ter- tiam autem Hierarchiam constituunt, qui depu- tantur ad custodiā hominum, & qui exequun- tur, & agunt opera illa, quae ordinantur ad salu- tem electorum, non ergo sunt nisi tres Hierar- chiae.

Sed cuiuslibet Hierarchia cōuenienter dñi datur in tria, erunt ibi iuxta dictum Dionysii, tres ternæ dispositiones, idest, tres dispositiones, siue tres Hierarchiae, quarum quislibet est terna, idest, diuisa in tria, cum enim sic est, quod aliqua una magna multitudo facit plures principatus, oportet quilibet illorum principatum habere plu- res gradus, & plures ordines: ut si tota multitu- do hominum, sive Christianorum continet in se plures principatus, ut puta Clericorum, & Laico- rum, qui duo principatus accipiunt iuxta duos gladios, quod figuratum fuit in Evangelio, ubi dicitur: Ecce duo gladii hic, quæ principatus Cle- ricorum virtut magis gladio spirituali: Laicorum magis gladio materiali, oportet in quilibet isto- rum principatum dare plures gradus, qui gra- dus sufficienter possunt sumi secundum ternarium, qui est generalis modus accipendi in qua libet multitudine, quia aliqui sunt ibi supremi, aliqui medijs, & aliqui infimi, ut puta si volumus principatum Clericorum accipere secundum scien- tiā, et in ibi dare gradato supremum medium, & infimum, quia gradum supremum tenent Do- ctores, & Magistri: infimum simplices Discipuli: medium, qui suat inter hos, ut Baccalaurei, qui in se opera utrorumque Magistarum, & Disci- pulorum continent. Sic in principatu Laico- rum gradum supremum tenent Consiliarij, Iudi- ces, & Doctores rem publicam dirigentes: me- dium Milites, & Barones rem publicam defen- dentes: infima mercantes, & mechanici o- perificientes, & in omnibus his gradibus cōsta-

Hierarchia
tres, q̄e nō
sunt.

Clerici
Laici
Simplices

Quæst. II.

A re multas differentias, quia non omnes doctores sunt æquales, & sic de alijs gradibus.

Hierarchia
num diuina
in tres gradus. Sic in proposito quamlibet Hierarchiam di- uidemus in tres gradus, nam sic videmus in ipsiis hominibus. Assistentes enim ministri alicui Regi, vel Principi, non omnes tenent eundem gradum, nam quidam sunt solum familiares, ha- bentes liberum introitum ad Regem. Quidam cum hoc, quod sunt familiares, sunt etiam secre- tarij scientes secreta Regis. Quidam cum hoc, q̄ sunt familiares, & Secretarii, sunt valde intimi, & dilecti a Rege. Quāuis ergo omnes familiares primò sciant vota Regis, per antonomasiā tamen dicuntur scire huiusmodi vota Secretarii, & per antonomasiā dicuntur esse propinquū Regi, qui sunt intimi sibi, & dilecti ab eo: ita, quod primus gradus erit dilectorum, & hunc gradum tenent Seraphini. Secundus erit secretorum, & hunc gradum tenent Cherubini. Tertius erit fa- miliarium, & hunc gradum tenent Throni. Et si Secretarii sunt etiam dilecti, & si dilecti sunt se- cretarii, tamen plus est esse dilectum, quam se- cretarium, vel quām scire secreta, quia ipsa dilec- tio est causa reuelationis secretorū, & quæ sunt causatorum abundantius sunt in causis, ideo Se- raphini tanquam superiores ab excellentiori dono denominantur, ut ab ardore charitatis. Che- rubini denominantur ab excellētiori dono post di- lectionem, ut a plenitudine scientiæ, & sciunt se- creta Dei. Throni vero ab eo, quod est post scien- tiā, ut a iudicio, ut dicitur in eis sedēt Deus, & dicitur in eis iudicia facere. Vnde & Gregor. Secundum, quod habetur in littera, Throni vo- cantur, qui tanta diuinitatis gratia replentur, ut in eis sedeat Deus, & per eos iudicia deter- mineat.

Throni
de dicitur. Aduertendū, quod si bene sit ordinata cura ali- ciuius Domini, per infinitos familiares, debent vo- ta Regis ad alios deriuari, quia intimi, & secreta- riū Regis semper debet assistere Regi. Alii autem communis familiares vota Regis ad alios defen- tent, ideo in Throni dicuntur sedes Dei, quia sicut sedes defert ledenteū, sic Throni, quasi in simili inter familiares deferunt Deum, & deferunt vota Dei ad alios. In eis ergo dicitur Deus sedere, & sua iudicia discernere, quia per ipsos manifestan- tur, & discernuntur iudicia Dei, ut quid Deus sententiauit de aliquo, & quid iudicavit, & quæ sunt vota sua, per istos manifestantur aliis Hi- erarchiis.

D Prima ergo Hierarchia, quæ est assistētium, & familiarium, & eorum, qui collocantur quasi in vestibulis Dei, sicut Dionysii, ait, tres gradus habet: & in quilibet gradu sunt multæ differentiæ, quia illi, qui sunt intimi, & dilecti, non sunt æquè inti- mi, & dilecti, ita quod in ipso ordine Seraphini, aliqui sunt superiores, aliqui inferiores. Ipsi etiam Secretarii, & qui denominantur scire secreta Dei sunt aliqui magis, aliqui minus. Sic etiam in ip- sis Thronis, qui communis nomine sunt quasi fa- miliares Dei, & quasi sedes Dei deferentes aliis suis vota, & eius decreta, sicut mos est in simili- farni.

Hierarchia
Assistētium

Familiarium facere, non sunt omnes è quæ tales, sed aliqui sunt superiores, aliqui inferiores. Propter quod Dionysius in quolibet ordine ponit etiam gradus, & differentias, sed illos gradus, & illas differentias in speciali scire non possumus, quia non plenè nota est nobis Angelorum natura.

Hierarchia
Præpositi
rum.

Et quod dictum est de prima Hierarchia, & continet tres gradus, qui dicuntur assistentes ministri veritatem habet, & de secunda Hierarchia, quia dicuntur Præpositi. Nam illi dicuntur præpositi, qui intromitunt se de toto opere, executores enim operum intromittunt se de partibus operis, sive de partibus principalibus, quæ intromitunt se de tecto, vel de parietate, vel de partibus secundarijs, quia intromitunt se de dolatione lapidum, vel de dolatione lignorum: non autem de constructione, vel de compositione operum. Illi autem, qui intromitunt se de toto opere, possunt esse in triplici gradu, quia aliqui sunt, qui solum imperant, & dirigunt dicentes, quia agendum. Alij vero sunt, qui remouent impedimenta, ne impeditur, quod imperatum est. Tertijs sunt, qui ordinant operarios, ut fiat, quod imperatum est. Secundum hoc ergo secunda Hierarchia tres ordines continet. Et primo continet nominationes, quorum est indicare, quid agendū, & imperare, ut fiat. Secundo continet virtutes, quarum est impedimenta remouere, ne impediatur, quod imperatum est. ideo dicuntur virtutes cōsiderate legibus naturæ. Tertio continet potestates, ad quas spectat operarios ordinantes, ut fiat, quod imperatum est. Omnes enim hi sunt Præpositi operum, & qui imperant, & qui impedimenta remouent, & qui operarios ordinant.

Tertia autem Hierarchia tres gradus continet, diximus enim, quod in opere aliquo quædam sunt partes principales: quædam secundariae, ut in dñmo partes principales sunt tectum, & paries, & huiusmodi: partes autem secundariae sunt particularia ligna, ex quibus componitur pars, scilicet tectum, vel particulares lapides, ex quibus componitur paries: & inter has partes secundarias, quædam sunt principaliores alijs. Lepides enim, ex quibus sunt arcus, vel pilaria, sunt principaliores, quam alij lapides, qui constituant communiter parietem. Ipsa ergo operarij in triplici genere se habebunt, quia quidam erunt constructores, habentes operationes circa principales partes. Quidam dolatores, habentes operationes circa secundarias, & particulares partes. Ipsis etiam dolatoribus quibusdam committuntur maiora, ut dolatio lapidum facientium arcus, vel pilaria. Quibusdam committuntur minoria, ut dolatio aliorum lapidum. Sic in toto genere humano, aliquæ sunt partes principales, ut ipse Res publicæ, sive ipse multitudines: aliquæ sunt partes secundariae, ut ipse particulares personæ, circa quas particulares personæ aliquando conuenit exercere maiora, aliquando minora.

Tertia itaque Hierarchia, qua continet quas

A ministros operarios, tres ordines in se habet, quæ huiusmodi operarij, vel operantur circa totam multitudinem, & illi dicuntur Principatus quasi Principes alicuius totius multitudinis, sicut habemus in Dan. Michaelem dixisse, quod Princeps Persarum restiterat sibi. 23. die. Intelligimus enim per Principem Persarum Angelum aliquem, cui commissa erat cura illius totius multitudinis.

Vel huiusmodi operarij operantur circa particulares personas, quod dupli modo esse potest, quia vel operantur maiora, & isti dicuntur Archangeli; vel operantur minora, & isti coemodi nomine vocati sunt angeli. ideo ait Gregorius, quod Archangelorum est denunciatæ maiora, Angelorum minora, dicuntur enim Archangeli quasi principales Angeli, quia faciunt illud, quod est principale, & præcipuum in opere Angelorum, & nuntiorum, quia eorum est enunciare maiora, & principalia: vel dicti sunt Archangeli, quæ medium sapit naturam extremitatum. cum autem supremus ordo insimilis Hierarchia sit Principatus medius Archangeli, insimus Angelis. Archangeli, qui sunt in medio, nomen recipiunt ab virisque a Principatibus, & ab Angelis, & dicti sunt Archangeli, quasi Principes Angelorum.

Dan. 10.

Archange-
li vnde di-
cantur.

R E S P. A D A R G. ARTIC. I.

A D primum dicendum, quod numerus ternarius, quia est numerus communis, oportet, quod reperiatur in quolibet Principatu Angelorum: & quia triplex est huiusmodi Principatus iuxta triplicem Hierarchiam, oportet, quod sint ibi tres ternarij ordinum.

Ad secundum dicendum, quod dona, secundum quæ distinguuntur ordines, sunt dona perfectio[n]ia in actibus Hierarchicis, prout aliquibus collatum est hoc donum, quod imperfecti alijs, & quod impedimenta remouent: & sic de singulis, prout in questione de nominatione ordinum per singula declarabitur.

Ad tertium dicendum, quod de perfectione numerorum multipliciter contingit loqui. nam aliquando dicitur numerus perfectus secundum quandam generalitatem, & sic ternarius dicitur numerus perfectus, quia quodam modo generaliter repertur in omnibus: & hoc modo Angelorum ordines sunt in numero perfecto, quia sunt in ternario triplicato: ut secundum hoc sit ibi deiformitas, & similitudo ad diuinitatem, quia sic etiam divinitate sunt tres personæ, sic Angeloi dividunt in tres gradus, sive in tres Hierarchias, quarum quilibet dividitur in ordines, ut sint ibi tres ternarij ordinum. Alio modo accipitur perfectio in numeris secundum aequalitatem ad partes, quando omnes partes aliquotæ simul sumptæ reddunt suum totum, & sic senarius est numerus perfectus. Tertio modo potest accipi perfectio in numeris secundum alcensum, & multiplicatiō[n]em: ut dicatur ille numerus perfectus, ultra quem non est ascensus, nec multiplicatio[n]em:

Numeros
perfectio
prima.

Numeros
perfectio
secunda.

Numeros
perfectio
tertia.

Hierarchia
Præpositi
rum.

&

& sic denarius est numerus perfectus, quia ultra denarium non procedunt numeri. nam cum in numerando procedimus ultra denarium, dicimus undecim, duodecim, i. vnu, & decem: duo, & decem, propter quod ultra denarium non est in numeris simpliciter nouum numerum sumere, sed est replicate, quod iam est dictum.

Ad formam ergo arguendi cum dicitur, quod ordines debet esse in numero perfecto, dicemus, quod si non est ibi perfectio numeralis, eo modo, quo est in denario, est ibi perfectio, eo modo, quo est in ternario. quia est ibi ternarius triplicatus, ut ex hoc secundum numerum sit ibi perfectio perfecta. sed ex huiusmodi Methaphoris arguere modicam vim habet.

Ad quartum dicendum, q̄ homines dicuntur decima dragma, non, quod post resurrectionem faciant decimum ordinem: nec, quod assumantur ad decem ordines Angelorum, sed dicuntur decima dragma, quia restaurabunt ruinam angelicam, de quibus quasi cecidit decima pars, ut comuniter dicitur.

*Dragma de
cima cur di
eāt homo.
Lucas 15.
Quid signi
ficet.*

Pro Resolutione Dub. I.

Vide Resolutionem Artic. Superioris. Ordines recte nominantur, ut ex officiorum donis patere potest.

 Did autem, quod ulterius queratur de nominatione ordinum, dicendum, quod cum tres ponantur Hierarchiae, & in qualibet Hierarchia tres ordines, ut de omnibus omnium huiusmodi ordinum singulatiter exequamur. Primo exequamur de omnibus ordinum prima Hierarchia, ubi secundum Dionys. de angelica Hierarchia sunt Seraphin, Cherubin, & Throni.

*Hierarchia
principales
ordinis
nominis.*

Propter quod sciendum, quod omnis Principatus sub aliquo Principe est ordinatus ad aliquod opus, & propter aliquem finem, est secundum alias gratias, vel secundum aliqua dona, ut, quod his conferatur talis gratia, vel tale bonus, quod sic præsist: & alijs talis gratia, & tale donum, quod hoc modo præsist, habet etiam differentiam quilibet Principatus ad Principatus alios. Ordines ergo in prima Hierarchia quantum ad præsens spectat, quinq; modis sumi possunt. Primo modo, prout odines illius Hierarchiae differunt ab ordinibus aliarum Hierarchiarum. Secundo, prout comparantur ad dona gratiarum, secundum quæ sunt in talibus gradibus constituti. Tercio prout comparantur ad suum Principem. Quarto, prout comparantur ad suam operationem. Quinto, prout comparantur ad suum finem.

*Hierar-
ch. & primæ
quo patro
ab ordinib.
aliarū Hie-
rarchiarum
differant.*

Propter primum sciendum, q̄ ordines primæ Hierarchie differunt ab ordinibus aliarum Hierarchiarum, quia huiusmodi ordines immediate collocantur circa Deum. Vnde dicuntur esse se-

cundum Dion, in vestibulis Dei. propter quod si ordines differunt ab alijs ordinibus, ex eo, q̄ sunt circa Deum, oportet, quod sumantur secundum actiones, quas habere possunt Angelicæ circa Deum. Huiusmodi autem dicitur esse triplex, videlicet tenere Deum, & habere ipsum in seipso, quod respondet spei. Quod enim nunc speramus, tunc te nebulosus, & habebimus. Secundum est cognoscere ipsum aperte, & clare, quod respondet fidei. Quod enim nunc credimus, tunc clare cognoscemus. Tertium est ipsum perfectè diligere, quod innititur perfectè charitati, quæ est in Patria. Vel possumus ista tria adaptare ad tres vires animæ, quia tenere, & habere competit memoriae: & cognoscere, & scire competit intelligentiæ, sed diligere competit voluntati. nec ista tria ita se habent, q̄ diligens non cognoscat: vel, quod cognoscens non habeat, & teneat. sed quia perfectius est diligere, quam cognoscere. & quis perfectius est cognoscere, quam habere, & tenere; ideo secundum hæc tria sumuntur illi tres ordines: ut supremus ordo, qui est Seraphin, sumatur ab ardore dilectionis. Secundus, qui est Cherubin, à plenitudine cognitionis. Tertius, qui est Throni, ab habere, & tenere. Nam sicut ipse Thronus, & ipsa sedes habet in se, & tenet in se sedentem, sic Throni habent, & tenant in se Deum.

Secundo modo possunt accipi tres ordines à comparationem ad dona gratiarum, secundum quæ sunt in talibus gradibus constituti. Vnde & Gregorius, ut habetur in littera, dicit, quod in illa summa ciuitate quilibet ordo eius censetur rei nomine, quam plenius accepit in munere. Dicit enim ista plenitudo attendi per comparationem ad ipsa dona, & per comparationem ad ipsos Angelos. habent enim superiores Angeli pleniori modo omnia dona, ut Seraphin habent pleniori dilectionem, & pleniori cognitionem, & pleniori modo habent, & tenent in se Deum, quam Cherubin. Si ergo Seraphin denominarentur à plenitudine scientiæ, fieret huiusmodi denominatio à plenitudine munieris respectu Angelorum, quia habent pleniori scientiam, quam omnes Angeli, sed non fieret huiusmodi denominatio à plenitudine munieris respectu donorum, quia scientia non est plenius munus, qd habent Seraphin; immo dilectio est munus plenius, & perfectius. Sedm hoc ergo supremus ordo denominabitur à pleniori munere simpliciter. Secundus ordo denominabitur secundo pleniori munere. Et quia perfecta munera sunt illa, secundum quæ habemus actiones circa Deum, & inter hæc charitas est omnino quid perfectius; & post hanc est scientia, & post hoc est habere, & tenere Deum. ideo Seraphin tanquam ordo primus denominatur ab ardore charitatis: Cherubin tanquam secundus à plenitudine scientiæ: Throni ab habere, & tenere Deum. Sunt enim hæc tria in omnibus his. Nam & Throni Deum tenet, cognoscunt, & diligunt, sed si denominare inus eos ab ardore dilectionis, nimis daremus eis. quia cum dilectio sit, quid supremum, debet ab hoc

*Seraphin,
Cherubin:
& Throni
vide dicta
ut.*

hoc: denominari supremus ordo, sic si denominaremus eos a plenitudine scientia, adhuc nimis daremus eis, quia cum donum scientiae sit secundum donum, post donum dilectionis, ab hoc dono debet denominari secundus ordo. Ut ergo singulos ordines secundum quandam aequiparantiam nominemus, oportet eos eo modo nominate, quo diximus.

Aduertendum tamen, quod cum dicimus Seraphin denominari ab hoc dono, quod est ardenter diligere: Cherubin ab hoc, quod est plene cognoscere, Thronos ab hoc, quod est perfecte tenere, tamen prout per haec constituitur Hierarchia, non sunt haec accipienda simpliciter, & absolutes in se, quia hoc modo omnes Angeli immediate se habent ad Deum, omnes enim in seipsis Deum tenent, cognoscunt, & diligunt: non tamen ex hoc omnes simpliciter sciunt, & cognoscunt in Deo omnes rationes, & leges, & omnia mysteria, secundum quae Deus disposuit gubernare mundum, & saluare electos, sed hoc potissimum habent illi de prima Hierarchia, ideo illi predominantur ab actionibus, quae sunt circa Deum, quae sunt diligere, scire, & tenere Deum, ex quibus actionibus ipsi signanter, & potissimum vident praefata mysteria, ut ex hoc possint alios illuminare. Ipsa enim illuminatio non est de ipso Deo in se, quod sit unus in essentia, trinus in personis, nec est de quibusunque aliis, sine quorum cognitione non potest esse beatitudo nostra. nam quantum ad talen notitiam, cum Angelij sint coprophenores, etiam nunc verificatur de eis, quod in patria verificabitur de nobis, prout dicitur Hieremias 31. Non docebit ultra vir proximum suum, & vit fratrem suum dicens: Cognoscite Dominum, omnes enim cognoscent me: ait Dominus, a minimo usque ad maximum. Sed est, ut diximus, talis illuminatio quantum ad leges rationes, & mysteria, secundum quae Deus disposuit gubernare mundum, & saluare electos, quae non omnes aequaliter immediate possunt in Deo conspicere. ideo quantum ad talia non omnes simpliciter, & absolute dicuntur se immediate habere ad Deum, sed solum illi de prima Hierarchia.

Tertio modo, possunt accipi hi tres ordines, prout comparantur ad suum principem, eo modo, quo comparantur principatus alij ad Principem suum. Dicuntur enim illi de prima Hierarchia, ut dicebamus, eo modo se habere ad Deum & ad suum principem, sicut assistentes ministri, & familiares se habent ad aliquem principem, ut puta ad Regem: Qui sunt in triplici gradu, quia quidam sunt soli familiares, non tamen sunt secretarii. Quidam autem sunt familiares secretarii, sed non sunt omnino intimi; quidam autem sunt familiares, & secretarii, & intimi. Intimos ergo quasi supremos denominabimus a dilectione, quia hoc est, quod facit aliquem alij intimum, quia ardenter diligit eum. Secundos autem secretarios denominabimus a scientia, & a cognitione, quia hoc est, esse secretarium alterius, quod

A sciat facta, & negotia eius. Tertios autem, vt alios, communiter familiares, denominabimus ab habere Regem, quia omnes familiares eo, quod familiariter intrant ad dominum, & assistunt sibi; dicuntur quasi habere ipsum. Sic & in proposito Seraphin quasi supremos, & intimos denominamus ab ardore dilectionis. Cherubin vero, quasi Dei secretarios, & cognoscentes diuina mysteria denominamus a plenitudine scientiae, & cognitionis. Thronos vero quasi communiter familiares denominamus ab habere, & tenere Deum, vnde per quandam similitudinem dicuntur Throni, & sedes Dei, sicut Throni, & sedes habent, & tenent Thronizatum, & Sedentem.

B Quarto modo possunt accipi hi tres ordines, prout comparantur ad suam operationem, huiusmodi autem operatio est secundum actiones Hierarchicas, quae potissimum sunt secundum scientiam. Sunt enim, ut diximus, actiones Hierarchicae, purgare a nescientia, illuminare, & perficere secundum scientiam. sed Scientia, & qualibet res quasi tripliciter potest considerari: vel in se, vel in sua causa, vel in suo effectu. In se est secundum aequalitatem: In sua causa est secundum excellentiam: In suo effectu est secundum participationem, nam, ut dicit Dio. 2. de iu. no. quae sunt causatorum, abundanter praesunt causis. Excellentior ergo modo est res in sua causa, quam in seipsa, & per consequens inferiori modo, & quasi participiatur est in suo effectu, quam in seipsa. Omnes ergo hi tres ordines aliquo modo C predominantur a scientia, nam cum denominations debeat fieri secundum actus Hierarchicos: & hi, ut diximus, accipiunt secundum scientiam; oportet has denominations aliquo modo secundum scientiam esse, sed scientia potest accipi tripliciter: vel in sua causa, ubi est secundum excellentiam; vel secundum se, ubi est per aequalitatem; vel in suo effectu, ubi est per participationem. Seraphin ergo, & ordo supremus denominatur a scientia secundum excellentiam, quia predominantur ab ardore dilectionis, quae est causa scientiae, & communicationis secretorum. nam ex eo, quod est aliquis alij dilectus, & intimus, ex hoc communicantur ei secreta eius. Iuxta illud Euangelij: Vos autem dixi amicos, quia omnia, quae audiui a Parre meo, nota vobis feci. Cherubin autem, qui sunt secundus ordo, denominantur a scientia secundum se, interpretantur enim plenitudo scientiae. Throni vero denominantur scientia secundum suum effectum, quia denominantur a iudicio. dicitur enim in iis sedere Deus, & sua iudicia decernere. Iudicium autem videtur esse effectus scientiae iuxta illud Zehitorum priuao: Vnde quisque iudicat bene, quem cognoscit, & horum est bonus iudex.

D Quito modo possunt accipi hi tres ordines, prout comparantur ad suum finem. oportet enim, quod in actibus Hierarchicis intendatur aliquis finis. Intenditur enim ibi iste finis, ut electi coniungantur Deo, qui est finis omnium. & quia finis Aegid. super ij. Sen. Rr est ratio

Esse rei eu-
iustibet tri-
plex.

Ioan. 16.

I. Eth. 8.

modo
et
tunc

Intellectus
practicus, &
speculatorius.

T.c. 2.

Tomo 2.
cap. 4.

estatio agendi; oportet, qd ipse Deus tanquam p-
cipius finis, sit ratio, & causa huiusmodi actionis,
qd angelii velint sic se habere; quod cooperantur ad hoc, quod electi coniungantur Deo.
Sed finis respectu actionum tripliciter potest esse causa, videlicet, ut ipsum diligamus, ut ipsum cognoscimus, & ut ipsum diligendo, & cognoscendo secundum eius exiguum de actionibus iudicamus, que tria se habent per ordinem, quia potissimum in agendo causa est dilectio finis. si. n.
homo cognosceret finem, & non diligeret ipsu;
nunquam secundum ipsum ageret. vnde Dionys.
de domini nomi amore in Deo dixit esse causam,
& rationem productionis rerum. Vnde ait. Ipse n.
amor existentium bonum operans in bono. i.
in Deo secundum excessum praexistentis, non dimisit ipsum sine germine in seculo manere. Mo-
nit autem ipsum ad operandum, & ad germinandum, & ad faciendum bona opera. Est etiam ratio, & causa agendi cognitionis finis. nam licet a-
mor finis sit principalior ratio ad agendum; opor-
tet tamen, quod cognitionis finis sit huiusmodi ra-
tio, quia non possemus finem diligere, nisi ipsum co-
gnoscendo. Nam si natura, & origine cognitionis
finis pcedit dilectionem; perfectionem tamen, & comple-
mentum, & quartum ad principaliter ratione agendi, amor finis est potior cognitione. Ideo intellectus speculatorius non dicitur ratio agendi: nisi sicut causa sine, qua non: ideo oportet, qd huiusmodi
ratio, & causa sit intellectus practicus, qui non
est practicus nisi extensione, ut extendit se ad af-
fectum, & ad voluntatem ideo dicitur in 6. Meta. qd
artificiatum est voluntu, & qd in distinctione artifi-
cialium ponitur voluntas, & Aug. 3. de Trini-
ait, qd voluntas Dei est prima, & summa causa
omnium. Ipsum ergo velle finem, & ipsum finem
diligere: est summa, & principalis causa agendi.
Post hoc autem huiusmodi causa est cognosce-
re finem, eo, qd non possit esse dilectio sine co-
gnitione.

Tertio, est etiam causa agendi iudicare de a-
gibilibus secundum dilectionem, & cognitionem habitam de fine. Tota ergo prima Hierar-
chia diligendo, & cognoscendo finem, & iudicando de agendis secundum dilectionem, & cognitionem, quam habent de fine: prout secundum hoc cooperantur ad gubernationem mundi, &
ad salutem electorum: suum principatum consti-
tuunt, & in hoc stat ille principatus, prout per haec, qd dicta sunt comparantur ad salutem nostram. Sicut, n. in hoc stat principatus hominum, vt Legislator inducat homines ad virtutes, ut potest patere ex Politicis, ideo sunt diversi gradus in huiusmodi principiis, prout aliqui diversimode comparantur ad hoc, qd sunt homines virtuosi. Sic in hoc stat tota praelatio, & totus principatus Angelorum: prout ipsi angeli cooperantur ad salutem nostram: Ideo sunt ibi diversae Hierarchiae, prout ad huiusmodi salutem est ibi alius, & alius modus cooperandi: & in qualibet Hierarchia sunt diversi gradus, & diversi ordines, prout aliter, & aliter se habent ad

A huiusmodi cooperandi modum. Prima itaque Hierarchia hoc modo haberet huiusmodi principatum, & hoc modo cooperatur ad salutem nostram, prout semper assistentes Deo, & inter eis circa Deum, diuina mysteria reuelant aliis, qd sunt agenda pro tali salute. Secunda autem Hierarchia habet suum principatum, & cooperatur ad tale salutem: prout sunt praepositi operum illorum, per quae saluamur.

Angelorum
Hierarchie

Tertia autem Hierarchia hoc facit: prout agit, & exequitur illa opera, per quae iunamur ad salutem. Si ergo in hoc stat principatus prima Hierarchie: prout reuelat aliis, quae sunt agenda, cum hoc potissimum possint facere, & faciant, qui diligunt & cognoscunt finem, & sciunt iudicare de agendis secundum huiusmodi dilectionem, & cognitionem: ex his tribus, possunt sumi tres ordines illi, qui ponuntur in illa Hierarchia, ut Seraphin sumatur ex dilectione nostris: Cherubin ex cognitione: Throni ex iudicio agibilium secundum huiusmodi dilectionem, & cognitionem: non, quod cuique istorum non competant ista tria. Nam Seraphin diligent, & cognoscunt huiusmodi finem. s. Deum, & iudicant de agendis pro salute nostra secundum huiusmodi finem: sic & Cherubin, & Throni omnia haec tria habent. sed quia in omnibus agendis potior ratio est dilectio finis, & iuxta hoc cognitio: & ex his ortum habet iudicium de agendis, quod est ratio agendorum: ideo Seraphin tamquam supremis attribuitur huiusmodi principatus secundum dilectionem finis: Cherubin secundum cognitionem: Thronis vero secundum iudicium de agendis secundum cognitionem, & dilectionem, ad huiusmodi enim iudicium non solum facit cognitionis finis, sed etiam dilectio. Nam si quis cognosceret finem, & non diligeret: non sollicitaretur ad iudicandum de agendis secundum exiguum illius finis.

Angelorum
Hierarchie

prime Hier-

archie pri-
cipatus.

C Viso, quomodo accipiuntur ordines primae Hierarchie, vbi se habent angelii sicut assistentes ministri, & sicut cognoscentes mysteria divina, & ea aliis reuelantes: volumus ostendere, quo modo accipientur ordines secundae Hierarchie, vbi se habent angelii sicut praepositi operum: iuxta mystica eis a superioribus angelis reuelata. Ponuntur autem in secunda Hierarchia tres ordines: Dominationes Virtutes, & Ponestates. Nam praepositi operum in triplice gradu se habent. Nam quidam sunt ita excellentes, quod eorum soli est describere, & imperare, quae sunt agenda. Iste enim Architectores solennes, nihil manu propria operantur. Sed solum imperant aliis, quae sunt agenda. Sumim ergo praepositi sunt agendae imperantes: post hos etiam sunt impedimenta remouentes. Nam postquam descripta sunt, quae sunt agenda, & iunctum, & imperatum est, quod debeant illa fieri, oportet remouere impedimenta, ut, quae imperata sunt, possint effectui demandari.

Angelorum
secunda Hier-

archie os-
dines

Dominat
nes impe-
rantes

Tertio ad praepositos operum spectat ordinare operarios, qd illa faciat, & potissimum operarios principales, & aliter se habent ad

operarios

ordinata.

Dominatio
nes, virtu
tes, potesta
tes qdope
censur.

cipales, vt, quod hi faciant hoc opus: alij aliud. Secundum haec tria sumuntur tres praefati ordines. Nam dominationum est ageda imperare: virtutum autem impedimenta remouete; potestatum verò operarios ordinare, vt, quae imperata sunt exequantur, & faciant. Inde est, quod dominationes omnibus alijs preponuntur: ideo dicitur in littera, quod dominationes vocantur, qui principatus, & potestates transcedunt, & etiam virtutes superant, vt potest patere ex littera. Ad virtutes verò spectat impedimenta remouere. Prælunt enim virtutes corporalibus rebus. ideo, vt patet per Gregor. in littera, eis attribuitur, miracula facere, & quia miracula sunt præter solitum cursum naturæ, ideo eis attribuitur obuiare legibus naturæ, vbi huiusmodi leges possent esse impedimentum ad salutem nostram, vel vbi talis obuiatio est expediens saluti nostræ. ideo virtutibus potest attribui impedimenta remouere. Est enim virtus secundū Philosophum in de Cœl. & Mun. ultimum de potentia, hoc est ultimum in operandis, & supremū, quod possint angeli legibus naturæ obuiare: non, quod propter hoc virtutes sint supra dominationes, quia dominationes nihil operantur, sed solum imperant: sunt autem virtutes super omnes alios, qui operantur. Quoddam enim operari est resistere legibus naturæ: secundū n. Philosophum in Politicis, quæ oportet servū scire facere, hæc oportet dominum scire præcipere, quia ergo præcipere, & imperare spectat ad dominos, ideo angeli, quorum est agenda imperare, spectat ad dominos, ideo angeli, quorum est agenda imperare, vocantur dominationes.

Illi vero, quorum est legibus naturæ obuiare, & impedimenta remouere, vocantur virtutes. Sed illi, quorum est ministros, & operarios ad sua opera ordinare, vocantur potestates. Et cōgruē post virtutes sequuntur potestates, quia si virtus est ultimum de potentia, & nihil est aliud virtus, quamquādam potentia ultimata, & quasi perfecta, consequens est, quod potentia sit cognata virtuti, propter quod ultimus ordo secundæ Hierarchiæ vocatur potestates. Est autē & alia causa quare huiusmodi ordo vocatur potestates, quia ad eos spectat potestates ad uerias remouere, & nequitij Diaboli obuiare, inde est, quod aliqui duos ordines, videlicet virtutes, & potestates aliter assignant. Nam virtutibus tribuunt præbere facultatem ad agendum, potestatibus verò habere potestatem ad impedimenta remouendum, sed cum de re constet, de verbis non curetur. Nam dominationes solum habent agenda imperare: virtutes autem præfunt corporalibus, potestates autem spiritualibus, virtutibus ergo possunt duo attribui, præbere iuuamenta, siue præbere facultatem ad agendum, & remouere impedimenta. Nam prout præcessendo corporalibus obuiant legibus naturæ, remouent impedimenta, prout verò per ipsa corporalia aliqua faciunt expedientia salutis nostræ, præbent iuuamenta. Sic & potestatibus, qui præ-

Virtus, quid
ex Arist. lib.
de celo &
alter dif
finitus vic
tus moralis
lib. 2. Eth.
c. 6.

3. fol. 7.

Virtutes, &
potestates
cur se con
sequuntur.

Potestates
vnde dicantur.

Virtutum & potesta
tum astio
nes quo.

A sunt spiritualibus, utrumque potest attribui. Nam ad potestates duo pertinent, videlicet ordinare inferiores angelos, vt operentur, & agant, & resistere malis angelis, & potestatibus aduersis, ne contra nos vitra debitu modum sequiat. Ordinando ergo bonos angelos iuuamenta præbent; resistendo malis, impedimenta remouent. Utisque ergo potest attribui utrumque: aliter tamen, & aliter, quia virtutibus attribuuntur illa duo respectu corporalium: potestatibus respectu spiritualium. Sed licet sic sit, volumus tamen virtutibus attribuere, remouere impedimenta; potestatibus autem præbente iuuamenta, quia plus est legibus naturæ obuiare, quam secundum naturalia iuuare. Nam non solum boni angeli, sed & demones hoc faciunt iuuantes se. Rursus: mains quid est ordinare angelos bonos, quam resistere angelis malis deo potestatibus potius voluimus tribuere, præbente iuuamenta, & virtutibus remouere impedimenta, quamvis, vt diximus, utrumque utriusque conueniat. Quare autem virtutes ponantur supra potestates, cum virtutibus collata sit auctoritas super corporalia, potestatibus super spiritualia, cum spiritualia sint potiora corporalibus, in sequenti quæstione patebit. Habetur tamen ex hoc via, vt in sequenti quæstione declarabitur, ad soluendum controversiam inter Grego. & Dionys. quia Dionys. posuit virtutes supra potestates: Gregor. autem econuerso. Dicuntur autem hi tres ordines secundæ Hierarchiæ se habere sicut præpositi operum, quia illi simillimer sunt huiusmodi præpositi, qui se intromittunt de toto opere. Comissa enim sunt hæc tria officia his tribus ordinibus circa totum opus, vt dominationes circa totum opus agenda imperent: virtutes præfunt corporalibus, potestates spiritualibus.

C Angelii secunda Hierarchia cur præpositi.

D Advertendum tamen, quod officium potest esse vniuersalius, quam actus: vt is, cui commissa est vna tota prouincia, potest aliquid agere circa vnam personam: & is, cui commissum est totum regnum, potest videre aliquid pertinens ad vnam prouinciam. Cū ergo dicimus, quod hi tres ordines se intromittant de toto opere, & de gubernatione totius, & non de aliqua prouincia, vel de aliqua persona in speciali: intelligendum est, quantum ad commissum officium, quia à Deo talia sunt eis officia commissa. Quantum tamen ad executionem operum, potest contingere, quod virtutes nunc cooperatur aliquod miraculum in hac prouincia, nunc in illa. Sic & dominationes possunt imperare agenda, nūc in hac prouincia, nūc in illa: & potestates possunt ordinare operarios bonos; & resistere malis: nūc in hac prouincia; nūc in illa.

Olenso, quomodo accipiuntur ordines in prima Hierarchia, & in secunda; testat hoc id est ostendere de tertia. Differt autē tertia Hierarchia à secunda, quia secunda se intromittit de toto opere, siue de toto vniuerso; ideo illi de secunda Hierarchia dicunt p̄positi: sed illi de tertia Hierarchia

Angelorum
3. Hierarchi
ordinis, &
ministri.

Aegid. super ij. Sent. R. 2 se in-

se intromittunt de partibus operis, siue de partibus vniuersi. ideo dicti sunt operarij, & executores operū. Non ergo talia dicta sunt, quod nullide secunda Hierarchia aliquid operentur. Nā iuuare se secundum naturalia, quæ reperiuntur in corporibus, & obuiare legibus naturæ corporalis, quod competit virtutibus: aliquid operati est, sic ordinare angelos bonos ad agendum, & resistere malis, quod competit potestatibus, est etiam aliquid operari, sed tamē hi vocātur prepositi, qā se de toto opere intromittūt. Sic econtrario in tertia Hierarchia Principatus præsunt Archangelis, & Archangeli angelis. hi tamē magis vocantur operarij, qā p̄positi, quia non se intromittunt de toto opere, sed de partibus vniuersi. Partes autem vniuersi possunt duplicitate accipi, vel principales, vel secundarie. Principales autem partes vniuersi sunt ipsæ multitudines, siue ipsi populi, ex quibus vniuersum constituitur: secundarie autem partes sunt singulares personæ, ex quibus aliqua multitudo conficitur. Illi ergo de infima Hierarchia, qui ministrari operarij vocari possunt, vel præsunt toti alicui multitudini, & isti vocantur principatus, qui præsunt Genti, & Prouinejs, vel exercet opera sua circa alias singulare personas: & hoc duplicitate, vel agendo maiora, & isti vocantur Archangeli, quia aliqua magna exercent circa aliquam singularem personā, vt pura ille, qui nūciasit Virginī nativitatē Christi: & ille, qui Zachariæ nativitatem Iōānis: vel hoc faciunt agendo minora, & isti vocantur angeli: ideo vult Gregorius, & habetur in littera, quod Archageli sunt, qui maiora nūciant: Angeli, qui minora. Fuerunt autem, quidam volentes rationem horum trium ordinum assignare, qui dixerunt, quod principatus sunt, qui præsunt principibus, & prælatis. Archangeli, qui præsunt multitudinibus, gentibus, & prouincijs: Angeli, qui singularibus personis. Sed quæremus à sic dicentibus, qualiter principatus præsunt principibus, & prælatis, vtrum hoc sit secundum se, & vt sunt quedam singulare personæ, & tunc secundum eorum dictum non different ab angelis: aut præsunt eis prout tales personæ exercent actiones suas circa totam multitudinem: & tunc angeli, qui sic præsunt circa totam multitudinem habebunt actiones suas, secundum hunc ergo modum non different ab Archangelis. Melius est ergo dicere, vt supra diximus, quod concordat cum dicto Gregorij, & cum Magistro in littera, quod principatus præsunt multitudinibus, & prouincijs: Archangeli, & angeli singularibus personis aliter, & aliter, quia Archageli agendo maiora: Angeli minora.

Ex dictis autem patere potest: quomodo accipiuntur dona, secundum quæ ordines nominantur. Nam huiusmodi dona non sunt illa dona Spiritus sancti, secundum quæ procedimus in actiones personales: sed sunt dona commisionis officiorum; secundum quæ procedunt angeli in actiones Hierarchicas, vt illis de prima

Hierarchia
intime que
dam stat.

Maiori o-
perarij nun-
ciuntur.

A Hierarchia collata sunt hæc dona, & commissa sunt eis hæc officia, vt ipsi assistant Deo, & diuina vota de regimine mundi, & de salute electorum alijs nūciant: aliter tamen hoc faciunt Seraphin: aliter Cherubin: aliter Throni. vel aliter attribuuntur hæc eis, quia Seraphin hoc attribuitur ex dilectione: Cherubin ex cognitione: Thronis quantum ad iudicia agendorum. Quod quomodo verum sit, potest esse per habita manifestum, & etiam infra ad maiorem declarationem aliqua narrabuntur. Illis autem de secunda Hierarchia collata sunt hæc dona, & commissa sunt eis hæc officia, vt ipsi sint præpositi operum, vt gubernetur mundus, & saluentur electi: & hæc, vel huiusmodi opera imperando, quod competit Dominationibus: vel habendo auctoritatem super corporalibus, quod commissum est Virtutibus: vel habendo auctoritatem super spiritualibus, qd cōmissum est Potestatibus. Ex officio est, n. & ex cōmissione diuina, quod tales habeant talem potestatem, & tales talem. Ideo dicitur Apoch. Apoc. 7. quod angelus clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum erat nocere terræ, & mari. Ex dato ergo, & ex iniuncto officio hoc eis competebat. Illis autem de tertia Hierarchia collata sunt hæc dona, & commissa sunt hæc officia, quod ipsi in regimine mundi, & in procuranda salute electorum se habeant sicut operarij, vel quia operantur circa ipsas gentes, & circa ipsas prouincias: vt principatus: vel quia operantur circa singulare personas, & hoc, vel agendo maiora, vt Archangeli: vel agendo minora, vt Angeli.

R E S P. A D A R G. D V B. I I.



D primum dicendum, quod Seraphin non denominantur à charitate simpliciter, sed à charitate in excessu. Ideo dicuntur incendentes. Est enim in eis tantus charitatis excessus, & sunt ita intimi Deo, quod vident immediatè in eo illa secreta interiora, per quæ illuminant alios, quod non est omnibus commune.

Et p̄ hoc patet solutio ad secundū. qā Cherubin nō denominantur à scientia quocunq; mō, sed à plenitudine scientiæ. Tanta n. plenitudine scientiæ replentur, qā in Deo immediatè vident illa diuina mysteria gubernationis mundi, & salutis electorum, de quibus illuminant alios: huiusmodi autem scientiam habere, non est commune omnibus.

Ad tertium dicendum, quod Throni dicuntur sedes Dei, quia sicut sedes defert locatum: ita Throni ea, quæ Dei, sunt, deferunt alijs: eos docendo, & illuminando. Licet ergo omnes habeant in seipisis Deum; tamen, hoc modo esse sedem Dei, non cōuenit omnibus. Vel possumus dicere, qā oēs habent Dei dilectionē, & cognitionē, & tenēt, & habēt in seipisis Deū: p̄t. Deus est obiectū beatitudinis: sed p̄t hæc tria referunt ad

Seraphin,
Cherubin,
& Throni
vnde dicā-
tur.

ad actus Hierarchicos, qui constituant in communicatione scientia, quantum ad ea, quæ spe-
ctant ad gubernationem mundi, & salutem elec-
torum, non est sic commune omnibus, quia, ut
diximus, quidam huiusmodi scientiam habet in
ipso fonte, & in ipso Deo immediatè: quidam
autem nō, sed de hoc illuminantur ab alijs, cum
ergo dilectio, cognitio, & tentatio dicant actionē
immediatam circa Deum, quātum ad huiusmo-
di actus Hierarchicos, & quantum ad huiusmo-
di scientiam, solum illi dicuntur tales, qui imme-
diatè in ipso fonte hauriunt diuinorum myste-
riorum notitiam gubernationis mundi, & salu-
tis electorum, huiusmodi autem sunt solum illi
de prima Hierarchia, ideo secundum hunc mo-
dum, tenere Deum, quod competit Thronis; co-
gnoscere, & diligere, prout competit Cherubin,
& Seraphin, non est commune omnibus.

Dominatio
nes vnde di-
cantur.

Ad quartum dicendum, quòd nomen Do-
minationum non sumitur a Dominio simplici-
ter, quòd ipsi dominantur omnibus Angelis, sed
a dominio operariorum. Dominantur enim hu-
iusmodi Dominationes omnibus operarijs, siue
sint operarij præpositi operum, siue executores.
propter quod non oportet, quòd huiusmodi or-
do sit primus ordo simpliciter: sed sufficit, quòd
sit primus ordo post ordines primæ Hierarchiæ,
qui non sunt operarij, nec præpositi, sed sunt col-
laterales Dei, & assistentes ministri.

Ad quintum dicendum, quòd virtutes sic ha-
bent ultimatam potētiā, quòd & ipsæ sunt quo
dammodo operarij, habentes operationes circa
corporalia. Dominationes autem per ultimatam
potentiam, quam habent, non sunt operarij, sed
solum Imperatores operum, propter quod suam
ultimatam potentiam, habent nobiliori modo,
quam virtutes, propter quod non sunt infra vir-
tutes, sed supra.

Ad sextum dicendum, quòd dominatio-
nes per potentiam dominantur, patet, quòd
non dominantur per potentiam quocunque mo-
do, sed per potētiā nobiliori modo acceptā,
quam sit in virtutibus.

Virtus quo-
modi dica-
tur.

Ad septimum dicendum, quòd virtus uno modo
accipitur, vt est quid medium inter substatiā,
& operationem, & sic in omnibus rebus secundū
Dam. & Diony. sunt substantia, virtus, & opera-
tio, hoc ergo modo pér Antonomasiam substatiā
separata dicuntur virtutes, quia non habent
virtutem contractam, & organicam, sed a mate-
ria separata. Alio modo potest sumi virtus, prout
dicit quendam excessum fortitudinis, secundum
quem modum loquitur Diony. de angelica Hie-
rarchia vocans ipsam sanctorum virtutum quan-
dam fortem, & incommutabilem viriditatem
in omnes, secundum earum Deiformitatem ope-
rationes, prout ergo virtutes dicunt huiusmodi
excessum viriditatis, & maximè in officio sibi cō-
misso, quo: consitit circa gubernationem corpo-
ralium, prout expedit saluti electorum, non est
commune omnibus, sed est proprium illi ordinis.

Ad octimum dicendum, quòd si potestates

A sunt supra virtutes aduersas, non tamen propter
hoc sunt supravirtutes, de quibus locuti sumus.
nam virtutes aduersæ sunt mali Angelii, sed virtu-
tes, de quibus locuti sumus, sunt ordo bonorum
Angelorum.

Ad octavum dicendum, quòd Dominationes,
Virtutes, Potestates, Principatus differunt modo,
quo diximus, tamen quia omnia ista habent quā-
dam conuenientiam; eo, quòd omnia videntur
importare quandam superioritatem super aliis:
non est inconveniens vnum aliquando sumi pro
alio, & in his inferioribus ratione huiusmodi
conuenientia possimus aliquando omnia hæc
pro eodem sumere. tamen si virtus dicit imme-
diatam comparationem ad agendum aliqua ope-
ra, plus est dominatio, quam sit virtus. quia po-
test esse Dominatio in tanta excellentia, quòd so-
lum habeat opera imperare absque eo, quòd se
intromittat de actione.

Rufus: Si virtus dicit potētiā ultimatam,
plus dicit virtus, quam potestas cōmuniter sum-
pta, cum huiusmodi potestas reseruari possit in
potestate non ultimata. Amplius, quia principa-
tus non videtur importare potestatem simplici-
ter, sed potestateni determinatam ad aliquam
specialem gubernationem, vt ad Gentem ali-
quā, & ad regnum aliquid, cui principatur. ideo
potestas, qua dicit potentiam absolutam, est quid
generalius, & per consequēs, quid maius, quam
sit principatus, vt sic intelligamus potestates a
principatibus differte, quòd potestates habent
potentiam absolutam, & generalem, ordinatam
ad gubernationem mudi, & salutem electorum:
C sub quibus potestatibus sunt multa regna, &
multæ Gentes, & per consequens multi principa-
tus, ideo sub potestatibus immediate sunt prin-
cipatus. Nam principatus sunt Angelii, qui præ-
sunt Gentibus, & Regnis, propter quod ad hu-
iusmodi potestates spectat ordinare huiusmodi
Angelos in suis principatibus, & in regimine
suum regnum: & etiam spectat ad eos coer-
cere virtutes aduersas, & potestates aduersas,
idest, Demones, ne impediant ipsos Angelos in-
stitutos, & ordinatos per huiusmodi potestates
in suis principatibus, & regnis. pp quod tales An-
gelii sic instituti merito vocati sunt principatus.

Ad nonum dicendum, quòd nomen principa-
tus nō cōpetit vni personæ singulari, sed compe-
tit Gēti, & Regno. ideo illi Angelii dicti sunt prin-
cipatus, quia præsunt gentibus, & regnis. Archā-
geli autem, quorum operatio est circa singulare
personas non merentur dici principatus. Et si di-
cuntur Archangeli ab archos, quod est princeps,
hoc ideo verum est, quia sunt principales Ange-
li, idest, principales nuncij annunciantes maiora,
& principaliora: vel si dicuntur Archangeli, quia
præsunt Angelis, hoc est solum, quia præsunt
illis Angelis, qui etiam deputati sunt ad gu-
bernationem spiritualium personarum. sed
quia principaliora committuntur Archangelis,
quam huiusmodi Angelis; ideo merito di-
cuntur habere principalitatem super eis: vt &

Archangeli
vnde dicantur.

ip̄i tanquam executores minorum operum, & tanquam inferiores ministri eis obediant. sed cum propter huiusmodi præesse non habeant Archageli generalem curam alicuius totius Gestis, vel alicuius totius regni, non merentur dici principatus. Non enim quodlibet principium, vel quodlibet præesse facit aliquem esse Principem.

Ad decimum dicendum, quod omnes cœlestes spiritus sunt angeli, id est nuncij: saltem quantum ad anteriorem missionem. Nam, & ipsi superiores spiritus, ut puta Seraphin, hoc modo sunt angeli, quia annunciant inferioribus diuinam voluntatem: speciali tamen modo insimus ordo cœlestium spirituum dicuntur angeli, quia huiusmodi infimi cœlestes spiritus communiter ad nos immediatè mittuntur.

Pro Resolutione Dub. II.

Vide Resolutionem Artic. superioris. Cum revero diversis modis à Dionysio, & à Gregorio ordinentur, iij à Doctore conciliantur.



D id autem, qd vltius queratur de ordinatione istorum ordinum, dicendum, qd vt in arguendo tangebatur: circa ordinationem ordinum triplex posset esse dubitatio. Nam cum ordines sint partes Hierarchia, quia vna, & eadem Hierarchia continet in se plures ordines: ipsa alia, & alia ordinatio Hierarchiarum dicit aliam, & aliam ordinationem ordinum. Quantum ergo ad huiusmodi ordinationes posset esse dubitatio de ipsis Hierarchijs in se, quæ esset prima, & quæ secunda. Alia autem dubitatio posset esse de partibus Hierarchiarum, & hæc posset esse duplex: vna de assignatione partium: alia de ordine partium: vt puta, si aliquod animal constat ex multis partibus: triplex posset esse inordinatio, primò si poneretur animal nobile, vbi debet esse ignobile, vel econuerso; sic est inordinatio in Hierarchijs, si ponitur esse Hierarchia prima, quæ deberet esse secunda, vel econuerso. Secunda inordinatio posset esse in animalibus, non quantum ad ipsa animalia in se, sed quantum ad assignationem partium, vt puta si assignarentur partes vni animali, quæ essent alterius animalis, vt si equo coniungerentur pedes asinini, vel asino equini. Inordinatus enim esset equus, si haberet pedes asininos, vel caprinos. Sic & in Hierarchijs esset inordinatio, si aliqui ordines, & partes aliquæ vnius Hierarchia assignarentur alijs. Tertia inordinatio posset esse in animalibus quantum ad ordinem partium, vt si equus non haberet membra, nisi equina: esset tamen inordinatus equus, si pedes haberet superius, quos debet habere inferius. Sic in Hierarchijs esset inordinatio: si ordo, qui deberet esse primus in aliqua Hierarchia ponere-

*Animantium
inordinatio
triplex.*

A tur esse secundus, vel tertius. Hoc ergo ordine procedemus in hac quæstione, quia primo ostenderemus, quod sequendo modum Dionys. est ibi ordinatio quantum ad Hierarchias in se. Secundò, quod est ibi ordinatio quantum ad assignationem partium. Tertio, quod est ibi ordinatio quantum ad ordinem partium. Quartò soluemus controversiam, quæ videtur esse inter Grego. & Dionys.

Propter primum sciendum, quod tota perfectio rerum est ex propinquitate ad illum, in quo sunt omnes perfectiones. Cum ergo distinguantur tres Hierarchia, in quarum una sunt angeli, qui sunt quasi collaterales Dei, & assistentes ministri: In alia sunt prepositi operarij: In tertia, in qua sunt executores operum: constat propinquiorum esse Hierarchia illam, in qua sunt angeli, quasi collaterales Dei, & assistentes ministri. Propter quod iuxta traditam doctrinam à Dionysio, merito illa ponitur esse prima. Post hanc propinquior est Deo Hierarchia illa, que continet Prepositos operarios, quam illa, quæ continet Executores operum, semper enim Praelati secundum, quod huiusmodi, sunt medij inter eos, quibus præferuntur, & Deum, & quia Prepositi operum præferuntur his, qui exequuntur opera: iō merito huiusmodi Hierarchia ponitur esse secunda, & reliqua merito ponitur esse tertia. Secunda ordinatio Hierarchiarum est ex assignatione partium. Nam cum prima contineat angelos collaterales Dei, & assistentes ministros: Secunda prepositos operarios: Tertia executores operum: tunc bene assignatur ordines, & partes harum Hierarchiarum: quando nullus ponitur ordo in prima Hierarchia, qui secundum actus Hierarchicos non sit assistens Deo, & collateralis sibi, & in vestibulis eius: & nullus ponitur esse ordo in Hierarchia secunda, qui non contineat prepositos operarios; & nullus in tertia, qui non contineat executores operum. Secundum enim, quod Deus est objectum beatitudinis, quilibet angelus assistit Deo, & videt faciem eius, iuxta illud euangelij: Angeli eorum semper vident faciem patris: Sed quantum ad huiusmodi actus Hierarchicos: illi soli dicunt Deo assistere, qui non mittunt ad nos, & qd immediate videt in Deo decretum Dei, secundum qd decrevit gubernare mundum, & salvare electos: & quia hi sunt illi, qui per anonomasiam sunt intimi Dei, vt Seraphin: vel secretarij Dei, vt Cherubin: vel familiates Dei, vt Throni: ideo merito hi tres ordines assignantur primæ Hierarchia. Sic etiam illi sunt prepositi operum, qui se intromittunt de toto opere, quod non potest esse nisi tripliciter, vel, quæ sunt agenda imperando, quod competit dominationibus: vel corporalia gubernando, quod competit virtutibus: vel spiritualibus principando, quod competit potestatibus: iō hi tres ordines assignantur secundæ Hierarchia. Hoc etiam modo possunt dici executores operum illi,

*Deus quo
immediate
videtur ab
obitus ange
lis: & quo-
modo non.*

illi, qui non se intromittunt de toto opere, sed de partibus: vel, quod idem est, non intromittunt se de gubernatione totius mundi, sed de partibus. Vel hoc ergo erit de partibus principalibus: ut de gubernatione vnius totius Gentis, quod competit principatibus: vel de gubernatione singularium personarum, exercendo inter eos maiora. quod competit Archangelis; vel operando minora, quod competit Angelis. ideo merito hi tres ordines assignati sunt tertiae Hierarchie.

Hæc autem, & si superius dicta sunt, breuiter tamen reassignamus, & reassumimus ea, vt ostendamus partes Hierarchiarum non assignatas esse. Tertia ordinatio Hierarchiarum, est ex ordine partium. Ad cuius eidem scientiam sciendum, quod omnes familiares alicuius Regis communiter audiunt verba ex ore Regis: Atamen Rex habet quosdam consiliarios, & secretarios, quibus communicat aliqua, quæ non communicat familiaribus omnibus: & etiam inter ipsos consiliarios habet aliquos speciales, & intimos, quibus immediate reuelat aliqua, quæ non reuelat consiliariis omnibus: omnes tamen familiares dicuntur Regi assistere, & audire immediate verba Regis. Specialiter tamen consiliarij sciunt secreta. Cum ergo Dio. ait. 7. de angelica Hierarchia, quod prima cœlestium Hierarchiarum immediate collocatur circa Deum, & quod immediate illuminatur a Deo, non est sic intelligendum, quod aliqua immediate non reuelentur Cherubin, & Seraphin, quæ non reuelantur immediate Thronis. Sic etiam non est sic intelligendum, quod aliqua non reuelentur immediate ipsis Seraphin, quæ non reuelantur ipsis Cherubin. Nam, & inter ipsos Seraphin sunt gradus. quia aliquid reuelatur immediate vni Seraphin, quod non reuelatur alteri. Vnde & Dio. x. de Angelica Hierarchia dicit, quod ipsis dignissimos Seraphin, ipsis Theologi aiunt alterum ad alterum clamare, vt habetur Isa. In quo, vt Dio. ait declaratur, quomodo sanctas Theorias. i. sanctas illuminationes diuinæ ipsi primi Seraphin tradūt secundis Seraphin. omnia ergo ista sic sunt intellegenda, quod Deus per sapientiam suam, sic voluit ordinare illam suam cœlestem curiam, quod aliqui non intromitterent se immediate de operibus gubernationis mundi, sed solum essent sicut ministri assistentes. ideo omnes tales communiter, quasi familiares Dei, immediate illuminantur a Deo, sicut omnes familiares Regis immediate audiunt verba eius. Sed ultra hoc, vt diximus, sunt ibi aliqui, quibus reuelantur aliqua immediate, quæ non reuelantur omnibus huiusmodi ministris assistentibus, & etiam ultra haec sunt ibi aliqui, quibus immediata reuelantur aliqua secretissima, quæ non reuelantur alijs. Cum ergo verba Dei, & ipsum Deum, & decreta eius quilibet assistentium ministrorum percipiatur in ipso: ideo merito omnes assistentes ministri, non solum quantum ad obiectum beatitudinis, sed etiam quantum ad ipsos actus Hierarchicos, secundum quos Deus disposuit gubernare mundum, possunt dici habitacula Dei, & sedes Dei, quia omnes ta-

A les ministri in seipso habent Deum, ubi decreta huiusmodi gubernationis legunt. sed ultra hoc illi, quibus reuelantur vñteriora secreta Dei, non solum possunt dici sedes, & habitacula Dei, sed etiam possunt dici secretarij Dei, quasi scientes secretiora Dei. Sed illi, quibus etiam ipsa secretissima immediate reuelantur, non solum possunt dici sedes, & scientiarij Dei, sed etiam merentur vocari transformati in Deum. & quia amor est, qui transformat, & maximè cum est amor excedens: ideo isti supremi ab excessu amoris denominati specialissimum nomen sibi assumperunt, & vocati sunt Seraphin. Secundi vero nomen minus speciale, & magis commune sibi assumperunt, & vocati sunt secretarij Dei. Vnde à plenitude scientie nomine assumentes, vocati sunt Cherubin. Tertij quidem oīum assistentium ministrorum nomen communissimum retinentes, dicti sunt sedes Dei, & Throni eius.

B Aduertendū tamen, quod licet commune, ut cōmune est, competit oīibus: Cōmune tamen cum quadā præcisione potest esse aliquibus speciale. Deus autem non vñ ab aliquo, nec auditur, vt absens, sed praesens. Quilibet ergo audiens verba Dei, & legens in Deo decreta eius, habet Deum praesentē in seipso, & ex hoc ipse est sedes, & habitaculum eius, propter quod quantum ad obiectum beatitudinis omnes Angeli sunt sedes Dei, & templo eius, & habitacula ipsius: immo & nos, dum sumus in vita ista, in qua peregrinamur a Dño, prout gratiae eius possumus esse participes, possumus dici sedes Dei, & templum, & habitacula eius. Ideo aīa iusti dicta est sedes Sapientie. & Apostolus dicit

C de hominibus iustis: Templum Dei Sanctū est, quod etsis vos, tamen quantum ad actus Hierarchicos, vt diximus, illi sunt huiusmodi sedes, & habitacula Dei, qui immediate in Deo legunt decreta gubernationis mundi. Si ergo accipiatur hoc cum quadam præcisione, quod non admittantur ad quendam, quæ inter huiusmodi decreta sunt secretiora, sic esse diuinæ sedes, vel diuina habitacula, quantum ad actus Hierarchicos, est proprium solum Thronis: Et esse sic diuina habitacula, quod etiam admittantur ad secretiora, sed non admittantur immediate ad secretissima, est proprium ipsis scientarij Dei, qui sunt quasi secretarij eius, quos cōmuni nomine vocamus Cherubin. Sed esse sic diuina habitacula, quod in his, quæ spectant ad gubernationem mundi, & salutem electorum, immediate admittantur ad secretiora, & etiam secretissima, est proprium ipsis Seraphin: vt circa gubernationem mundi sic videantur diffluere Throni, Cherubin, & Seraphin, sicut immediate scientes secreta, secretiora & secretissima,

D Diximus autem tres ordines supremæ Hierarchie differre per scire circa gubernationem mundi diuinæ secreta, secretiora, & secretissima. Quæ qualiter differant, non est nostrum determinare, nam de his, quæ spectant ad gubernationem vniuersi, possumus loqui sicut de his, quæ videamus fieri in istis sensibilibus. Nam aliqua ibi sunt secundum rationes semifinales. Aliquando aliqua visa sunt

Cōs qd̄ eſ. ſe poſſit ſpō ciale.

Sedes Dei quz.

Angeli qd̄ ſedes Dei.

Aīa iusti ſedes Dei, & templum. z. Corinth. 6.

Secreta Dei non eſt ho- minū noſſe.

Rōnes ſemi- nales.

Rationes
obedientiales
sunt.

Notas cœli
cessibit, cū
completus
fuerit nu-
merus ele-
ctorum.

Hierarchia-
rum distin-
ctio plecta
non cogao-
scitur.

Angeli om-
nes q̄nq; à
Deo illumi-
nantur.

sunt fieri præter rationes seminales, vt, q̄ cecus videat, q̄ motui resurgent, quæ dñs fieri fūt rationes obedientiales, inter ea etiam, quæ sunt naturaliter, & secundū rationes seminales, quædam sunt magis clara, & nota, quædā magis latentia, & oculta. Sic & in gubernatione mundi, & in præcuranda salute electorū, suo modo se hēt. nam tota mundi gubernatio ad hūmōi salutem ordinatur. Cū enim completus erit munerus electorū, cessabit motus cœli, & cessabit iste modus gubernationis mundi, certum est tñ, q̄ in huiusmodi gubernatione aliqua fuit, fūt quæ Deus regit mundū, quasi de lege cōi: & inter hæc quædam possunt esse magis nota, quædā minus: vel quædam sunt quasi secreta, aliqua quasi secretiora: aliqua vero sunt, secundū quæ Deus regit mundū secundum leges, quas dispensat ex priuilegio speciali: & ista possunt dici quasi secretissima. vtrum autē per scire talia secreta, secretiora, & secretissima, differant Hierarchiæ, vt, q̄ infima Hierarchia videat in Deo prefata secreta: media quidem videat in Deo secretiora: supra secretissima; vel per hoc differant ordines supremæ Hierarchiæ, vt, q̄ infima, & media non videat immediate in Deo huiusmodi leges, secundū quas gubernat mundus: sed sola suprema eas videat, vbi tres ordines differunt secundum videre prefata secreta, secretiora, & secretissima; nisi nobis fuerit diuinitus reuelatū, per humanas rationes non possumus indicare. Nā in quolibet istorum possunt assignati multi gradus, quia in his, quæ sunt ex dispensatione speciali, possunt esse aliqua secretiora alijs, & ibi possumus reperire secreta, secretiora, & secretissima. Satis est enim rationi consonum, q̄ ita sit in illa ordinatissima cœlesti curia, sicut in his, quæ videmus ordinatè fieri ab aliquo magno Rege. Nam Soli familiares Regis semper assistunt Regi, & semper audient immediate verba ex ore eius. Nihilominus aliqua proponit Rex toti populo, & inter ipsos familiares sunt aliqui secretiores, inter quos ēt sunt aliqui secretissimi, & int̄imi. Cōiter ergo loquendo, familiares dicuntur immediate assistere Regi, & immediate scire vota eius: hoc tñ non obstante, aliqui totus populus immediate instruitur ab ore Regis, & inter ipsos familiares, vt diximus, sunt multi gradus. Sic & in proposito soli de prima Hierarchia, quantum ad actus Hierarchicos, & quantum ad gubernationem mundi, immediate dicuntur Regi assistere; non tamen est inconveniens, aliqua spectantia ad huiusmodi gubernationem totā Angelorum multitudinē immediate in Deo conspicere, tamen, quia vt plurimum talia immediate conspicunt illi de prima Hierarchia, ideo dicuntur illi assistētes, inter quos sunt multi gradus, vt est ex habitis manifestum. Inde de est, q̄ ea, quæ dicit Dionysius in 7. c. cœlestis Hierarchiæ repugnare videntur his, quæ dicit in 5. Nam in 7. vult, quod tota prima Hierarchia immediate illuminetur à Deo, ita quod unus non illuminet alios. In quinto vero vult, quod etiam non omnes Seraphinim immediate illuminentur à

A Deo, sed ibi sit hæc gradus, & diuinæ illuminations primi secundis tradant.

Dicemus ergo, quod communiter sola, & tota Hierarchia prima immediate illuminatur à Deo, sed licet hoc sit communiter, & vt plurimum: Aliqua tamen sunt sibi specialia, & specialiora, quæ latent Thronos, & patent ipsis Cherubin. Aliqua autem sunt ibi specialissima, quæ immediate cognoscunt soli Seraphini, int̄et quæ etiam specialissima sunt gradus, quia aliqua sunt magis specialissima, aliqua minus, propter aliqua, quæ cognoscunt omnes Seraphini: Aliqua vero primi secundis tradunt: Communiter ergo tota prima Hierarchia immediate assistit Deo, & quā tum ad hoc unus non illuminat alium. Quantū autem ad specialia, & specialissima, non est inconueniens se in unum illuminare, & etiam in uno, & eodem ordine: immo non est inconueniens aliqua esse ibi ita communissima etiam circa gubernationem mundi, quæ omnes immediate vident, & secundum quæ nullus illuminat alium. sed q̄a hoc non est sāpe, vel hoc non est communiter, vel quia plura sunt illa, quæ vident immediate sola, & tota prima Hierarchia, respectu quorum pauca sunt, quæ immediate vident tota multitudo Angelorum, & etiam pauca sunt, quæ immediate vident non omnes de prima Hierarchia, sed soli superiores; ideo communiter sola, & tota prima Hierarchia dicitur immediate assistere, & immediate à Deo illuminari. Determinare autem, quæ sunt illa communissima, quæ vident tota multitudo Angelorum, & quæ sunt illa communia, quæ vident sola prima Hierarchia, & quæ sunt illa specialiora, q̄ soli Cherubin, & quæ specialissima, quæ soli Seraphin, & inter specialissima, quæ sunt illa, quæ non vident omnes Seraphini, sed soli supremi; sic & inter specialiora, & inter communia, quomodo se habeat omnia ista velle sufficienter scire; est velle non esse in via, & est velle habere beatitudinē suam, antequam simus in Patria. Ex his autem omnibus sufficienter patere potest ordo partium primæ Hierarchiæ. Nam hoc est esse superius in rebus, esse propinquius supremo. Cum ergo omnes Angeli primæ Hierarchiæ sint quasi ministri familiares assistentes Deo, quia int̄et huiusmodi familiares illi immediatus se habent ad Deum, qui sunt quasi secretarij, & quasi scientiarij secretariorū eius, & inter huiusmodi secretarios illi sunt ad hoc magis immediati, qui sunt int̄imi Domino, qui nouerunt non solum secretiora, sed etiam secretissima; consequens est, quod Seraphini sint supra Cherubin, & Cherubin supra Thronos.

Vito de ordine partium primæ Hierarchiæ: ne est videre de ordine partium secundæ. Nam si ad Dominationes spectat agenda imperare: Ad Virtutes corporalibus præesse, & legibus naturæ obuiare: Ad potestates spiritualibus præesse, ordinando operios bonos, & resistendo potestatis malis; consequens est, quod Dominationes sint primus ordo secundæ Hierarchiæ. Nam hoc est esse propinquius Deo, imperare alijs: dictæ, n. sunt

Secreta Dei
coiffissima, cō
munia, spe
cialiora, &
specialissi-
ma.

Asunt Dominationes, non, quod imperent omnibus: quia tunc essent simpliciter supremus ordo: sed ex eo, quod imperat praepositis operum, iam Dominationes non sunt supremus ordo simpliciter, sed sunt supremus ordo secundum Hierarchias, in qua, ut diximus, continentur praepositi operum. Post Dominationes vero sunt virtutes. Nam licet Virtutes praesint corporalibus, & Potestates spiritualibus, & spiritualia sunt excellentiora corporalibus: praeesse tamen sic corporalibus, ut prae sunt virtutes, est maius, & est esse Deo propinquius, quam praeesse spiritualibus, ut prae sunt potestates. propter quod Virtutes ponuntur esse secundus ordo secundae Hierarchiae: & Potestates tertius. Praesint enim virtutes corporalibus, ut etiam possint obuiare legibus naturae, in quo valde participat quod diuinum eis, qui indidit leges illas. In his enim, quae naturae sunt, naturale est Angelis iuuare se per natum, coniungendo actua passiuis, & adhibendo semina, ut patet per August. 9. super Gen. & 3. de Trinit. sed posse obuiare legibus naturae, est valde magnum. Magnum enim donum Deus fecit virtutibus, & magnum officium contulit eis, quando voluit eos habere istud officium, & istam potestatem, quod possint legibus naturae obuiare, sed potestates praesint spiritibus bonis inferioribus, quod eis quasi competit ex natura. naturale est enim, quod superiora praesint inferioribus, perfectius enim, & conservatius competit potestatis praesesse spiritibus bonis, ut praeesse principatus, ordinando eos ad sua opera ex institutione diuina, & ex officio eis commisso. Hoc enim donum collatum est eis, & hoc officium est eis commissum, ut sic praesint: ad huiusmodi tamen praesesse, & ad huiusmodi officium magnam congruentiam habent ex natura.

Rursus si huiusmodi potestates praesint spiritibus malis, etiam superioribus secundum naturam, quia spiritus mali quantumcunque sunt nobiles secundum naturam, ratione culpae facti sunt inferiores quibuscunque spiritibus bonis, propter quod non est magnum talibus praesesse, sed valde magnum, & valde arduum est, quod collatum est virtutibus, quia hoc omnino exceedit naturam Angelorum, nec potest Angelis competere ex sola gratia gratum faciente, sed ex aliquo valde spirituali dono, quod possint legibus naturae obuiare. valde est ergo nobile officium id, quod commissum est virtutibus, & infra dominationes, quae etiam ipsis virtutibus imperant, non est ita nobilis ordo, sicut ordo virtutum. cogruer ergo, ut dicebamus in secunda Hierarchia, Dominationes constituant primum ordinem: Virtutes secundum: Potestates tertium.

Dicte de ordine partium primae, & secundae Hierarchiae, facile expedire nos possumus de ordine partium tertiae, quae continet Principatus, Archangelos, & Angelos. nam immediatè post eos, qui se intromittunt de toto vniuerso, cuiusmodi sunt praepositi operum: & illi de secunda Hierarchia sunt illi, qui se intromittunt de prin-

cipibus partibus operum. Principales autem partes vniuersi, vel totius humani generis (quia quicquid dicimus de vniuerso, dicimus propter humanum genus, & propter salutem electorum) sunt populi, & gentes. Secundariè autem partes sunt singulares personæ. Angeli ergo, qui prae sunt populis, & Géribus sunt superiores his, qui sunt singularibus psonis: vel, qui deputati sunt ad aliqua opera circa singulares personas, & quia nomine principatum intelligimus Angelos deputatos ad opera circa gentes, & populos, ideo huiusmodi Angeli immediate se habent ad secundam Hierarchiam, & constituent primum, & supernum, secundum ordinem tertiae Hierarchie. Archangeli autem constituent ordinem secundum: Angeli tertium. nam Archangeli, & Angeli deputati sunt ad opera circa singulares personas, & sunt nuncij, differenter tamen, quia Archangeli habent nunciare maiora, Angeli minora, ideo, & si utrique nuncij, Archangeli tamen sunt principaliores nuncii, vnde Hugo. s.c. super angelica Hierarchia ait, quod cum sint 9. ordines Angelorum, duo tantum, id est, Angeli, & Archangeli specialiter ex officiis sui distributione cognominationem suscepunt, Angeli videlicet nuncii, Archangeli principales nuncii Dei, quoniam illi minora, isti vero maiora ex ministerii dignitate annunciant.

C Ex hoc autem patere potest, ex quibus donis sumuntur ordines Angelorum, nam quia Seraphin collatum est hoc donum, & commissum est hoc officium, quod ipsis immediatè videant secreta tissima Dei, & de hoc illuminent alios, ideo vocati sunt intimi Dei, & dilecti Dei, & ex incendio dilectionis vocati sunt Seraphin: Sequentibus vero, quia collatum est hoc donum, quod etiam si non illa secretissima, tamē quædam multum secreta circa Regnum mundi immediatè in Deo videant, & de hoc illuminent alios; ideo vocati sunt secretarii secretorum Dei, & a plenitude scientiæ dicti sunt Cherubini: Tertiis autem, quia collatum est donum, quod sunt familiares, & assistentes ministri, & habeant Deum in seipso, in quo tanquam familiares Dei multa secreta de régime mundi immediatè vident, & legunt in ipso. ideo dici possunt habitacula Dei, & propter huiusmodi inhabitacionem dicti sunt Throni Dei. Sic etiam cuiilibet ordini, ut patet per habita, collatum est aliquod donum, & commissum est aliquod officium circa gubernationem mundi, & salutem electorum, & a talibus donis, & a talibus officiis sumpti sunt ordines Angelorum.

D His omnibus itaque prælibatis, volumus soluere controversiam inter Dionys. & Grego. nam Dio. vult virtutes esse secundum ordinem secundam Hierarchie, & principatus primum ordinem tertium: Gregorius econuerlo. Dicem ergo dupliciter posse verificari dictum Grego. primo, ut id sit dictum eius cum dicto Dio. ut q. Dio. appellat virtutes, ipse appelleret principatus, & econuerlo.

Ad cuius evidentiam sciendum, q. 9. ordines Angelorum. vt Isid. dicit primo de summo bono,

Dona, ex g.
bus ordines
Angelorum
sumuntur.

egorii, &
Diony. si
cōtrouersia
idē supra q.
2. ar. 3. dub. j.

Scripturæ

Ezech. 28. Scripturæ sanctæ testantur. Nam Ezech. vbi loquitur de Lucifero dicit, q[uod] omnis lapis præciosus erat cooperimentum eius, & narrat. 9. genera lapidum. vbi secundum Isido. intelligunt. 9. ordinis Angelorum, qui omnes lapides operimentum erant Luciferi, quia omnibus alijs clarior existebat. Non ergo sunt h[ab]ent modi ordines, & præfatis. 9. nominibus nominantur, quia de oib[us] illis. 9. nominibus sit mentio in Scriptura sacra. quia de Seraphin pluries sit mentio, in Isa. Nam dicitur Esa. Seraphin stabant subter illud. Et ibi

Angelorum ordinu no-
mina.

Efa. 6.

Eph. 1.

Thess. 4.

Angelorum
ordinis, &
officia.

Gregorij, &
Dionysii co-
cordanea

Scripturæ sanctæ testantur. Nam Ezech. vbi loquitur de Lucifero dicit, q[uod] omnis lapis præciosus erat cooperimentum eius, & narrat. 9. genera lapidum. vbi secundum Isido. intelligunt. 9. ordinis Angelorum, qui omnes lapides operimentum erant Luciferi, quia omnibus alijs clarior existebat. Non ergo sunt h[ab]ent modi ordines, & præfatis. 9. nominibus nominantur, quia de oib[us] illis. 9. nominibus sit mentio in Scriptura sacra. quia de Seraphin pluries sit mentio, in Isa. Nam dicitur Esa. Seraphin stabant subter illud. Et ibi dem dicitur de Seraphin: Clamabant alter ad alterum. Et in eo. c. subditur: Volavit ad me unus de Seraphin. De Cherubin vero, qui sunt secundus ordo, sit mentio valde in multis locis in Vete. testam. De omnibus autem aliis ordinibus mentionem facit Paulus, quia ad Colossenses. 1. nominat Thronos, Dominationes, Principatus, & Potestates. Ad Ephesios facit mentionem de virtutibus. Ad Thessalonicenses facit mentionem de Archangelo, licet dubitetur, pro quo accipiatur ibi Archangelus. In Epistola Iudee sit mentio de Archangelo Michaeli. De Angelis autem sit mentio, quasi in tota Scriptura sacra. Et quia his nominibus Scriptura sacra nominat ordinis Angelorum, ideo oportet talibus nominibus vti,

Rursus etiam, oportet ordinibus non solum assignare nomina, sed etiam officia, vt, q[uod] Primus ordo habeat tale officium, quod assistit Deo, & nō uit secretissima eius circa gubernationem mundi. Secundus etiam assistit, & cognoscit immediate in Deo minus secreta: Tertius etiam assistit, & admittitur etiam ad immediate cognitionem aliquorum secretorum. Quartus autem ordo habet imperare agenda. Quintus habet præesse corporalibus. Sextus spiritibus. Septimus ordo præest populis, & gentibus. Octauus præest specialibus personis agendo circa eos maiora. Nonus, & ultimus ordo etiam præest spiritualibus personis agendo circa eos minora. Omnia enim ista officia, vel ista dona, quia donum Dei est habere tale officium, se habent per ordinem, quia primum officium, vel primum donum est maius secundo, & secundum tertio, & sic deinceps. In hoc ergo non potest esse dubium, sed quo nomine nominetur illud, quod habet tale officium, vel illud, quod habet tale, in hoc potest esse diuersitas: Et quantum ad quintum ordinem, & septimum videtur esse diuersitas inter Dio. & Gregoriū. quia Gregorius quantum ordinē dicit esse Principatus, & 7. Virtutes Diony. econuerso. Cum ergo dictum sit, q[uod] officium quinti ordinis est præesse corporalibus, & obuiare legibus naturæ. Officium autem septimum est præesse gentibus, & populis, forte Gregorius appellat principatus eos, qui præsunt corporalibus: & virtutes, eos, qui præsunt gentibus, & populis. Dionysius autem econuerso, vt hoc modo sit discordia, non in sententia, sed in verbis. Hoc tantum magis proprie secundū hunc modum dicendi loquitur Dionysius, quam Gregorius. Non enim propriè dicitur habere Principatum, nisi, qui præest populis, vel gentibus. Nō

A autem, qui præest rebus corporalibus. Largo tam modo etiam huiusmodi præesse potest dici Principatus.

Sed sic dicendo, quamvis multi hoc modo veint concordare Dionysiu cū Gregorio, non videatur in re admittere Gregorium, qui virtutibus tribuit miracula facere. secundum ipsum ergo virtutes præsunt corporalibus, & ad eas spectat obuiare legibus naturæ. Pro eodem ergo accipit Gregorius virtutes, pro quo accipit Diony. sic & Principatus oportet, q[uod] accipiat pro eodem.

Dionisi, &
Gregorii os
cordia alge-
ra.

B

Possumus ergo aliter concordare. Dicemus enim, q[uod] utrumque dictum potest habere fulcimentum ex Scriptura sacra. Nam Apostolus ad Eph. ordinat ordinis Angelorum, sicut ordinat Dionysius dicens, Christum constitutum esse supra omnem Principatum, & Potestatæ, & Virtutem, & Dominationem, vbi procedit in ordinibus ascendendo. Nam cum ultimo loquatur de Dominationibus, quæ sunt super omnes ordinis, quos nominauit, oportet intelligi dictum eius, q[uod] supra Principatus sunt Potestates. supra has Potestates, virtutes. Supra, Dominationes: ita, q[uod] virtutes collocantur inter Dominationes, & P[ri]ates, & sunt quartus ordo, sicut Diony. ponit. Sed ad Colossi, ait: Omnia sunt condita in Deo, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates. hic autem loquitur de ordinibus descendendo, & ponit Principatus inter Dominationes, & Potestates, vbi prius posuerat virtutes. Erit ergo secundum hoc Principatus quintus ordo, quem modum ponendi posuit Gregorius.

Sauli in or-
dinum An-
gelorum en-
teratione
contraue-
ria expica-
tur. Eph. 1.

C

Sciendum ergo non esse inconveniens aliquid esse superiorius simpliciter, quod tamen est inferius aliquomodo. Simpliciter enim loquendo, tribuendo virtutibus officium, quod sibi tribuimus, q[uod] possit obuiare legibus naturæ, oportet virtutes, simpliciter loquendo, esse supra Potestates, & Principatus, non tamen est inconveniens secundum aliquem modum Principatus esse supra potestates, & p[ri]ates supra Virtutes, sicut Gregorius ordinat. Nam dimissa prima Hierarchia, quæ est assistentium, quam esse super alias omnes concordant; & dimissis Dominationibus, quarum est imperare agenda, & quas immediate se habere ad primam Hierarchiam omnes conueniunt: & dimissis Archangelis, & Angelis, qui præsunt singularibus personis, quos esse infimos ordinis o[ste]s ponunt; erit quæstio de his tribus ordinibus, de Virtutibus, Potestatibus, & Principatibus, qui, simpliciter loquendo, ordinandi sunt secundum ordinem Dionysij. quia, vt supra ostendimus, maius officium est virtutum, quam potestatum: & potestatum, quam principatum: tamen secundum aliquem modum est econuerso. Nam licet Potestates præsint bonis spiritibus, quia præsunt principatibus ordinando eos super gentes, & populos, habent tamen potestates aliquod speciale Dominium, à quo etiam possunt denominari, quia præsunt potestatibus aduersis, resistendo eis, ne nos tentent supra id, quod possumus.

Superius
simpliciter
pot est in-
ferius ali-
quo modo.

D

simpliciter loquendo, ordinandi sunt secundum ordinem Dionysij. quia, vt supra ostendimus, maius officium est virtutum, quam potestatum: & potestatum, quam principatum: tamen secundum aliquem modum est econuerso. Nam licet Potestates præsint bonis spiritibus, quia præsunt principatibus ordinando eos super gentes, & populos, habent tamen potestates aliquod speciale Dominium, à quo etiam possunt denominari, quia præsunt potestatibus aduersis, resistendo eis, ne nos tentent supra id, quod possumus.

Præesse

Præesse ergo bonis spiritibus, licet sit propriū Poteſtatis, cum hac determinatione, videlicet præſte, quod ordinant principales operarios, q̄ præſunt Gentibus, & populis, proprium est potestatis. Communiter tamen loquendo de præſte bonis spiritibus, excepto infimo ordine, hoc est commune omnibus ordinibus, quia ſemper ordo ſuperior præſtis inferiori. Si ergo cuilibet iſorum trium ordinum volumus dare aliquid ſpeciale, dicemus, q̄ virtutes præſunt corporalibus, quia hoc ſpecialiter eis commiſſum potestates præſunt malis Angelis, quia hoc eis omniſum ſpecialiter, quia & hi præſunt bonis, hoc non eſt eis ſimpliciter ſpecialiter; immo ſi ſimpliciter vellemus loqui de tali præſte, vel de tali præpositura, magis attribueremus hoc Dominatio-ribus. Nam huiusmodi prepoſitaram non poſsumus ſimpliciter, & abſolute attribuere ordinibus primæ Hierarchiæ, quia illi ſunt mi- niſtri aſſiſtentes, & non ſe intromittunt im- mediate de opeſibus, vt præſunt aliquibus ope- ra præcipiendo, vel impediſtāta remouendo, vel operarios ordinando, vel quæcunque talia fa- ciendo. Huiusmodi ergo præſte potiſſimè attri- buere poſſumus eius, qui ſic ſunt prepoſiti, quod ſunt ſuper omnes, qui immeſtate ſo intromittunt de opeſibus. huiusmodi autem ſunt Dominatio-ribus. Eiſ ergo poſſumus attribuere præſte bonis Angelis; Principatus autem poſſumus attri- buere præſte bonis hominibus. Nā illi præſunt gentibus, & populis, inter quos ſunt, vel eſt po- ſunt multi boni. Cum ergo plus ſit præſte bonis Angelis, quām bonis hominibus: & bonis homi- nibus plus, q̄ malis Angelis; & multis Angelis, q̄ corporalibus; erūt Dominationes ſupra Principi- patū, & Principatus ſupra Poteſtates, & Poteſtas ſupra virtutes, ſicut ordinauit Gregorius. Li- cet ergo, ſimpliciter loquendo, Poteſtates ſint ſu- pra Principatus, & ad Poteſtates ſpectet ipſos Principatus ordinate ad ſua opera; quantum in ad hanc conditionem, q̄ Poteſtates præſunt ma- lis Angelis, & Principatus bonis hominibus; ha- bent aliquam prærogatiuam Principatus ſupra Poteſtates. Sic etiam licet hoc modo præſte cor- poralibus, quod poſſint obuiare legibus naturæ, ſit longe maius, quām præſte malis spiritibus, vel etiam bonis operarijs: tamen quia corporalia abſolute loquendo, ſecundum naturam ſunt in- ſta ſpirituaſe ſubſtantias, ſive ſint bonæ, ſive ma- le, ideo, quantum ad hoc, aliquam prærogatiuam ha- bent Poteſtates ſupra Virtutes. ſecundum ergo huiusmodi prærogatiuam poſt eſt rationa- le dictum Gregorij, q̄ Principatus ſint ſupra Poteſtates, & Poteſtas ſint ſupra Virtutes. Sim- pliciter tamen, & abſolute loquendo, tenendum eſt cum Diony. quia à diuino, & sancto Professo- re. 6. de angelica Hierarchia, dixit ſe habere, qđ de Angelis enarravit. Per illum enim diuinum ſanctum Professorem, Doctorem Beati Dionysij quidam intelligunt Hiérotheum, ſed vt Hugo in Commento ſuper dicto paulu ait, melius intel-

A ligitur, fuſſe Apoſtolum Paulum, a quo Beatus Dionysius fuit Baptizatus, & in fide Catholica eruditus. ipſe enim Paulus raptus vñq; ad tertium cœlum, audiens illa arcana, & videns illa ſecre- ta, cognoscens Dionysium eſt tantæ litteratu- ræ, modo, quo fuit poſſible, instruxit eum de his, quæ viderat, & audierat, vel de his, quæ fue- runt ei reuelata. Aliqua enim veſtigia, ſecundum q̄ eſt poſſible viatori, poſtuerunt remanere Pau- lo de his, quæ viderat, licet ipſam diuinam eſcen- tiam, quam clare, & aperte creditur vidiffe rap- tus, & à ſenſibus abstractus, ad ſuos ſenſus rediēs videre defiſteret, valde ergo in hac materia credē- dum eſt Diony. in qua tantum, & talem Docto- rem habuit. Quod ergo Apoſtolum Paulus in di- versis locis ſuarum Epifolatuum aliter, & aliter videtur loqui de ordinatione ordinum Angelorū dici potest, q̄ non intendit Paulus ibi exequi de ordinatione ordinum, vnde nec ibi om- nes ordines ordinat, ſed ſolum nominat aliquos, innuens per illos omnes ordines Angelorum eſ- te tales, q̄ ſuper omnes ipſos eſt Christus conſtitutus, & q̄ oēs huiusmodi ordines ſunt à Deo, & in Deo cogniti. Siue ergo enumaret eos ſecun- dum ordinem, quem ha- bent, ſiue non; poſt eſt di- ci non eſte curandum, quia non verſatur circa hoc eius intentio. Vel poſſumus dicere, quod in locis aſſignatis tetigit vitrante ordinationem Angelorum, videlicet, & ordinationem, quam ha- bent ſimpliciter, & ordinationem, quam ha- bent ſecundum quasdam prærogatiuas, ſecundū quem modum concordamus dicta Dionysij, & Gregorij.

C

R E S P. A D A R G. O V B. I.



D primum dicendum, quod ut patet per habita, vitrante poſitio Dionysij & Gregorij, aliter, & aliter conſi- derata, poſt eſt rationabiliter tol- lerari.

Ad ſecundum dicendum, quod in Angelis ma- ior eſt nobilitas, & maior eſt perfectio ex eo, q̄ ſubſunt Deo, à quo ha- bent ſuas perfectiones, quām ex eo, quod præſunt alijs, quibus ſuas perfectiones co-communicant. Ideo in Angelis or- dines prælatorum, vel præpofitorum, qui con- ſtituant ſecundam Hierarchiam; non ſunt ſupe- riores, ſimmo ſunt inferiores, quām aſſiſtentis Angeli, qui ſunt collocati circa Deum, & qui co- ſtituant Hierarchiam primam.

D Ad tertium dicendum, quod ſapiencia diuina- rum, vel ſapere ea, quæ Dei ſunt, eſt Mater, & Genitrix omnium bonorum, prout in tali ſapien- tia diuinorum concluditur diuinus amor. Qui enim ſic diuina ſaperet, q̄ ea non amaret, & non delectaretur in eis, non eſſet ſapiens, neque pru- dens; quia non eſſet bonus, & imposſibile eſt pru- dentem eſt non entem bonum, vt dicitur in 6. Eth. Scientia ergo diuinorum, vñ includit diuinū cap. a. amore,

Dionysij
præceptor,
& Pauli co-
trouerſia ex-
plicatur.

Dionysius
fuit Baptiza-
tus ad Apo-

Paulo, q̄ vi-
dit in rapto
diuinam eſ-
tentiam. &
vide Docto-
rem d. 10.
q. 1.